This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com



This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com



Flandrische

Staats- und Rechtsgeschichte

bis zum Jahr 1305

von

Leopold August Warnkönig.

Dritten Bandes zweite Abtheilung.

Tübingen,

bey Ludw. Friedr. Fues.

1839.

Digitized by Google

Digitized by Google

Flandrisches

Urkunden - Buch

zum

dritten Theil der flandrischen Staats- und Rechtsgeschichte.

Digitized by Google

Digitized by Google

Vorerinnerung.

Der dritte Band der flandrischen Staats- und Rechtsgeschichte ist bestimmt: die wichtigsten Institutionen des in Flandern vom 10ten bis zum 13ten Jahrhundert geltenden Rechts in besondern Abhandlungen zu beleuchten. Auch die in denselben enthaltenen Untersuchungen stützen sich grofsentheils auf bisher ungedruckte oder in Deutschland wenig bekannte Quellen, welche in dem Urkundenbuche dieses Theiles nebst einem Nachtrage mehrerer auf den Inhalt des ersten Bandes sich beziehenden Aktenstücke, nach Rubriken geordnet, zusammengestellt sind.

Es war dem Verfasser nicht möglich, die den Text dieses dritten Bandes bildenden Abhandlungen auszuarbeiten, ohne die Urkunden, auf welche er sich auf jeder Seite berufen muss, vollständig abgedruckt vor sich zu haben. Allein der Inhalt dieser mit der gröfsten Sorgfalt gewählten Documente ist für die Kunde des altgermanischen Rechts so wichtig, dass der Verfasser den Freunden der deutschen Rechtsgeschichte durch deren baldmöglichste Mittheilung einen nicht unangenehmen Dienst zu erzeigen glaubte.

Digitized by Google

Er übergiebt defshalb dieses

Flandrische Urkundenbuch zum dritten Theile der flandrischen Staats- und Rechtsgeschichte

sofort dem Publikum und fügt das Versprechen bei, im Laufe des künftigen Jahres den Text dieses Bandes folgen zu lassen.

Freiburg, den 20. August 1838.

Dr. L. A. Warnkönig.

Digitized by Google

A. Freilassungsacte.

Digitized by Google

Digitized by Google

I.

Freilassungsact aus Brugge vom Jahre 1025 [1]).

Ego Balduinus dominus de Praet et ego Balduinus juvenis notum facimus universis, quod nos Bertam de Bist et totam successionem suam ab omni jugo nostrae dominationis seu servitutis absolutos cognoscimus et omnino quitos clamamus et si quid juris in eis habemus vel habere videamur, libere et liberaliter ecclesiae beati Donatiani Brugensis nos resignasse recognoscimus. Actum anno domini MXXV mense Februario.

II.

Manumissionis Formula apud Flandros anno 1193 *usitata* [2]).

Ego R. de Wawrin, dominus Liberii et Senescalcus Flandriae omnibus tam posteris, quam praesentibus notum fieri in perpetuum volo: quod Julianam de frigido manso et Alburgim de Maresco et earum progenies, quae mihi et successoribus meis jugo servitutis obligabantur, divini amoris intuitu et pro animae meae et carissimae uxoris meae Sybillae et antecessorum et successorum meorum salute, libere manumisi, et eas omnino liberas feci, cisque tanquam liberis abeundi quocumque voluerint, et sese quibuscumque voluerint ecclesiis commutandi, potestatem liberam concessi; laudante pariter et concedente dilectissima uxore mea Sybilla, concedentibus etiam carissimo fratre meo Hellino, et Hildrade, et Marcia et Ada sororibus meis; et R. de Senghin et Gosuino patruis meis et A. de Meallens et J. de Spineto amicis meis carissimis.

Ne autem praedictas Julianam et Alburgim vel earum posteritatem aliquis sub nomine servitutis, aliqua supprimere praesumpserit exactione, ego et uxor mea, et omnes praescripti successores mei eas vel earum progenies, a quibuscumque Ecclesiasticis per-

1) Nach der Originalurkunde im Archiv der S. Donatkirche zu Brügge.
2) Aus *Miraeus* t. I. p. 288.

Digitized by Google

sonis manumittendas et sustinendas esse in sua libertate concessimus: rogantes, ut si quis eam infringere vel in aliquo minuere attentaverit, ecclesiastica ad satisfactionem compellatur districtione.

Quod ut ratum et immutabile in perpetuum permaneat, praesentem tabulam tam sigilli mei appensione, quam testium annotatione communivi.

S. P. de *Maisnilio*; S. *Russeli de Bosco*; S. Hollini de Fornes; S. R. de Legra, et B. fratris mei. S. Nicolai Rifflard.

Actum apud Fornes, an. Domini MCXCIII.

III. A

Freilassungsurkunde vom Jahre 1219 [1]).

Ego Johanna Flandriae et Hainoniae comitissa notum facio tam praesentibus quam futuris, quod pro salute et prosperitate domini et mariti mei Fernandi, comitis Flandriae et Hainoniae et mea concessi liberaliter et benigne Evae de Quicborne, ut ipsa cum omnibus bonis suis se reddat ecclesiae beatae Mariae Cortracensis sub annuo censu duorum denariorum, eidem Ecclesiae singulis annis persolvendorum. Volo itaque, ut posteri ejus eadem gaudeant libertate, ita quod quolibet anno duos denarios persolvant Ecclesiae praetaxatae.

Datum post festum sancti Clementis anno Domini MCC Nono X.

III. B

Freilassungsurkunde vom Jahre 1230 [2]).

Johanna Flandriae et Hainoniae comitissa omnibus praesentes litteras inspecturis, salutem. Noverint universi, quod nos Peronam de Longe, manentem in Dotengies, et Hadewidin de Carnio, manentem in villa sancti Dionisii, sorores, quae sunt de Advocatia nostra et heredes ipsarum quitavimus in perpetuum et eas cum heredibus suis contulimus, divinae pietatis monitu ob animae nostrae remedium, ecclesiae beatae Mariae in Cortraco anno domini MCCXXX, in vigilia Ascensionis domini.

1) Aus dem Archive der Hauptkirche in Courtrai. Nro. 58.
2) Aus dem Archive der Hauptkirche in Courtrai. Nro. 57.

Digitized by Google

IV.

Freilassungsurkunde vom Jahre 1232.

Th. Dei gratia Abbas Scti Petri omnibus praesens scriptum inspecturis salutem in Domino. Ne rei gestae veritatem vetustatis edacitas faciat sub ignorantiae tenebris latitare: expedit eam scripturae beneficio ad notitiam posterorum transmitti. Notum sit igitur tam praesentibus quam futuris: quod nos divinae retributionis intuitu Martham filiam Heilae filiae Gidgeri de Ponte, quam dicta H. de Werri ex nostro loco susceperat et quae nobis servitutis jugo tenebatur adstricta, de conventus nostri assensu manumisimus: ipsam ab omni servitutis onere penitus liberantes: ipsa autem ex largitione nostra in nostra se posuit advocatia, ita quod in matrimonio contrahendo sex denarios, quolibet anno pro *capite suo* duos, duodecim in morte nobis persolvet. In cujus rei testimonium praesenti scripto sigillum nostrum duximus apponendum, nominibus testium qui praedictae manumissioni interfuerunt inferius subnotatis. Theodor Abbas. *Symo* Prior. *Symo* Custos. Willelmus de Prat. Theod. *Cantor*. *Sygerus* praepositus. Gelnotus Ivanus de Donze: Joannes de Wallo. Laurentius Daniel de Gand. Willelmus de Scalda, Monachi. Magister Daniel de Donze. Waericus Cocus. Gerardus Marescalcus, homines Abbatis. Fulcro Band. Goswinus dictus Monachus.

Actum anno Dom. M°CC°XXX° secundo mense januario.

V.

Freilassungsurkunde vom Jahre 1249 [1]).

Nos Margaretha Flandriae et Hainoniae comitissa. Notum facimus universis, praesentes litteras inspecturis, quod nos Peronam de Atrio de Doteinies, Heilam et uxorem Petri de Alneco sorores a conditione servili seu aubanitate omnimodo deliberamus et quitas clamamus et eas libertati condonamus praesentium testimonio literarum. Datum anno domini MCCXLIX° mense Martio.

1) Aus dem Archive der Hauptkirche in Courtrai, nach der Abschrift im Cartular von S. Marie.

Digitized by Google

VI.

Freilassungsurkunde vom Jahre 1253 [1]).

Ego Johannes, dictus dominus de Audenarde, notum facio tam praesentibus quam futuris, quod ego *Walterum*, dictum *Galiot*, *coquum* meum a servitute, qua mihi tenebatur astrictum, manumisi et emancipavi hoc salvo: quod ego vel heres meus post decessum dicti Walteri melius catalum de ipso Waltero recipiemus. Contuli ipsi Waltero et heredibus propriae carnis suae, si quos habere contingat, pro servicio suo mihi impenso recumpensando unum bonarium terrae situm in territorio de *Florbe* ad locum, qui dicitur *Wibaut Poncel* in *longo trisco*, jure hereditario possidendum sub annuo censu sex caseorum briaceorum, solvendorum singulis annis in festo beati Andreae; ita tamen, quod, si contingat ipsum Walterum absque herede propriae carnis decedere, dicta terra totaliter et integraliter ad me vel ad heredem meum revertetur. Insuper eidem Waltero contuli in feodum quamdiu vixerit talia jura, quae bonae memoriae Alardus coquus de relevationibus feodorum nostrorum recipiebat, et etiam dimidium bonarium prati, de quo mihi tenebatur annuatim in xviij solidos, eidem Waltero contuli, quamdiu vixit, in feodum libere et absolutè possidendum. Ut autem ista libertas et ista collatio inviolabiliter observentur praesentes litteras patentes emisi sigilli mei munimine roboratas. Actum anno domini M°CC° quinquagesimo tertio.

VII.

Freilassungsurkunde einer grossen Anzahl Personen, ausgefertigt von Margaretha, Gräfin von Flandern. Im Juli 1261 [2]).

Margaretha Flandriae et Hainoniae Comitissa universis praesentes litteras inspecturis salutem. Noverit universitas vestra, quod cum Egidius, filius Barchildis et Hugonis de Bernessen militis, quaedam ejus uxor, Elewoud filius Walanrings filii Pantius, Johannes frater ejus, Cheila Margaretha et Ogiva eorumdem sorores, Petrus frater Vlamings, filii Pantius, liberi Margarethae filiae Ysabellae, Margaretha filia Hugomanni, filii Hugonis Brunen militis, Wou-

1) Aus dem *Cartulaire rouge* Nro. 32. im Archive der Rechenkammer in Lille.
2) Aus dem I. *Cartulaire de Flandre* Nro. 196. in demselben Archive.

Digitized by Google

bertus filius Margarethae, quae fuit uxor Valscaerts, Woubertus filius Hugonis Brunen militis, Hugo filius ejus, Catharina filia dicti Wouberti, Hugomanus frater dicti Wouberti, Ernardus Valscaert filius Basilii, Agatha soror ejus et ejus tres filii, Ogiva soror Vlamings, filii Pantius, Gheila filia Goeden, Gode ejus frater, Agatha filia Avae sororis dicti Vlamings, filius Lippini filii Goeden, filia Liedelins dicti Goede, Vlamings filius Sollings, Roedolf frater ejus, Balduinus filius Ysabellae et Walteri Beniaerts, Willelmus Beniard ejus frater, Jordaen eorum frater, Johannes filius Innusoete eorumdem sororis, Thomas filius Margarethae Valscarts, Hugo filius Gheile, Cabelius, Johannes ejus frater, Walterus Stictere et Johannes ejus fratres, Innusoeta filia Margaretae et Valscaerts, Agatha soror ejus, Geila filia Innusoetae, Bela filia Gheilae relicta, Strebius et liberi ejus, Hugo Strobin filius ejus, Hugo filius Boedekins, liberi Clarmo filiae Gheilae et Gheila filia Belae: calumpniati essent et conventi, quod ad capitagium ipsi et praedecessoris sui pertinebant — quod Capitagium vulgariter nuncupatur *halve have*, et Johannes miles de Praet fidelis noster a nobis tenet in feodum, ita quod quodam genere servitutis in morte praedecessorum praedictarum personarum capere consueverat idem Johannes miles et praedecessores sui pro portione sua duas marchas Flandrenses, et nos ac praedecessores nostri, deductis primo dictis duabus marchis, medietatem omnium bonorum mobilium, quae tempore decessus sui habebant praedictae personae, recipere consuevimus — nosque veritate inquisita habuimus praedictas personas super praemissis pro convictis; tandem instantia et clamoribus ipsorum pia miseratione devictae et proborum virorum precibus inclinatae praedictas personas omnes es singulas et earum heredes de consensu et voluntate dilecti filii nostri Guidonis Comitis Flandriae manumittimus a praedicta servitute, ipsas personas omnes et singulas et earum heredes in perpetuum liberamus et ab omni nota servitutis quitas clamamus in perpetuum, quantum ad capitagium quod *halve have* dicitur, ut superius est expressum, ita quod ipsas personas omnes et singulas et heredes suos nos et successores nostri pro liberis hominibus servare tenemur erga quoscunque in terra nostra, quantum ad servitutem pertinet memoratam. Insuper Joannes de Praet miles praedictus et Catharina ejus uxor consensum suum coram nostris hominibus adhibuerunt manumissioni, liberationi et quiti clamationi praedictis, quitantes totum jus, quod habebant in hominibus ante dictis et eorum heredibus. In cujus facti memoriam et robur perpetuum Sigillo nostro praesentes litteras fecimus communiri. Et Ego Guido filius dictae dominae Comitissae, Comes Flandriae praedicta omnia et singula laudans et approbans ac eis-

Digitized by Google

dem consentiens ad maiorem securitatem eorumdem cum sigillo dictae dominae matris meae sigillum meum duxi praesentibus litteris apponendum. Datum et actum anno domini M°C°C°lx° primo, mense Julio.

Digitized by Google

B. Urkunden,

betreffend

Schutz- oder Altarhörige

(tributariae personae).

Digitized by Google

Digitized by Google

Beispiele freier Personen, die sich als Schutzhörige dem Kloster von Sanct Peter oder St. Bavo bei Gent übergeben, und Eigenhöriger, die von ihren Herrn übergeben werden [1]). Aus den Jahren 993—1102.

VIII. *Vom Jahre* 993.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Omnibus non habetur incognitum, sed pluribus constat manifestum: qualiter quaedam foemina nomine Folcrada, libera cum esset, tributariam se esse constituit cum omni posteritate ex se processura: in eo quidem rationis tenore, ut esset de familia Beati Petri Apostolorum principis, atque ad venerabilem nominis ejus basilicam in loco Blandinio constructam annis singulis in festivitate sancti Martini pro censu *duos* denarios solveret; in matrimonio vero vel copulatione pro vadimonio solveret denarios *sex*. Nihilominus cum vitae praesentis imminere sibi terminum conspiceret de *collaboratu* et *facultate propria* denarios duodecim destinaret praenominato caenobio persolvendos. Mundeburdem vero vel defensionem alibi non quaereret, nisi a rectore vel *advocato* ipsius monasterii. Insuper addidit confirmans traditionem hanc et dicens: si quis cujusque personae huic traditioni contraire voluerit, nisi digne poenituerit reatui, offensae Beati Petri Apostoli se subjacere cognoscat: nec ullatenus praesens testamentum violationis damnum patiatur. Immo fine tenus stabile maneat et inconvulsum cum stipulatione subnixa. Actum publice in Blandinio Monasterio XIIII Kal. Novemb. anno VII regis Hugonis et VII domini Abbatis Adalwini.

Sign. Balduini Marchisi, S. Walberti advocati, S. Hunradi; S. Walberti; S. Lobbin; S. Arnulfi; S. Radfridi; S. Gerberti; S. Stemari; S. Frorici; S. Everardi; S. Alfrici; S. Eilbrandi; S. Engevaldi. Ego Lanterus cancellarius cantor quoque Blandiniensis coenobii monachus indignus interfui et annotavi [2]). †

1) Aus dem ehemaligen Archiv der Klöster, jezt im Provincialarchiv von Gent.

2) *In copia hujus chart. Saeculo XII facta legitur Haec Folcradis peperit Beseliam; Beselia Hildegardem; Hildegardis Claram uxorem Goswini Fabri.*

Digitized by Google

IX. *Gegen das Jahr* 1010.

In nomine sanctae et individuae trinitatis, patris et filii et spiritus sancti amen.

Notum sit omnibus tam futuris quam praesentibus: qualiter tres sorores: *Imma* et *Bondiardis* et Tolsirent, et Harduinus puer, et Lamburg et Ava filia ejus, liberi cum essent, tributarios se constituerunt: ea videlicet ratione, ut essent de familia Scti Petri Apostoli ad Monasterium, quod est constructum in loco Blandinium nuncupato, ut sicut ipsi determinaverunt, ibidem annis singulis in festivitate Sancti Martini *pro censu* solvant IIos *denarios*, in copula conjugali VI. in morte XII. Advocatum nullum habeant praeter Abbatem ejusdem loci. Si quis autem hanc cartulam infringere temptaverit: nisi resipuerit, Dei et apostolorum et omnium sanctorum iram incurrat ac perpetuae maledictioni subjaceat. Actum in Blandinio, Roberto in Francia regnante[1]) Balduino Flandriam obtinente[2]) et hoc cenobium abbate Rotbaldo regente[3]). Sign. Balduini Marchisi, Sign. Rotbaldi Abbatis; S. Inguelfridi; S. Bavonis; S. Geldolfi; S. Notholdi; S. Tolerici; S. Osdei; S. Enfridi.

X. *Gegen das Jahr* 1012.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Notum sit omnibus sanctae matris Ecclesiae filiis praesentibus et futuris: quod quaedam foemina de Haspre, Odgiva nomine, *ingenua* cum esset, ad monasterium quod Blandinium vocatur, devote et voluntarie se suamque sobolem Ogivam hujusmodi debito obligavit: ut tam ipsa quam omnis posteritas ex se processura ad praefatum monasterium Scti Petri pro *capitali censu* annuatim *duos* denarios, in matrimonii copula VI, post depositionem carnis XII persolveret. Mundeburdem vero vel defensorem, si necessitas exigeret, ipsius loci Abbatem, alium vero non requireret. Cujus factum et devotionem, quicunque magnus vel parvus, servus aut liber violare praesumserit, iram Dei omnipotentis et summorum apostolorum Petri et Pauli et omnium Sanctorum donec emendaverit, incurrat, Amen.

Actum publice Gandavi in monte Blandinio V Kalend. Maji: nempe tempore Roberti Regis et Balduini Comitis: Domino Rotbaldo Abbate hoc cenobium gubernante. Sign. Domini Balduini Marchisi; S. Radberti Advocati; S. Adalardi Praepositi; S. Volkini; S. Liefdei; S. Liesrilini; S. Lidelini; S. Vluvali; S. Wlfgeri; S. Lietboldi.

Ego quoque Willelmus Monachus interfui et annotavi.

1) Zwischen 997 und 1027. 2) Zwischen 988 und 1034.
3) Zwischen 995 und 1017. Also gegen 1010.

Digitized by Google

XI. *Vom Jahre* 1027.

† In nomine patris et filii et spiritus sancti. Notum esse volumus universis sanctae matris ecclesiae filiis praesentibus et futuris, qualiter quaedam foemina nomine Dagarada, *libera* cum esset qt ab *ingenuis procreata parentibus*, *tributariam* se et omnem posteritatem ex se processuram constituit esse Gandavi, in loco Blandinium dicto, ubi Sanctus requiescit Wandregisilus cum beata Christi virgine Amalberga, ad altare, consecratum in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli: ea videlicet ratione, ut tam ipsa quam omnis posteritas ex se processura esset de familia sancti Petri et annis singulis in festo sancti Bavonis in *censu* solveret *duos* denarios; licentiam nullam quaereret; sed post vitae praesentis cursum ex proprio collaboratu praedicto cenobio *quatuor* solveret *denarios*: Placitum nullum quaereret: *mundeburdem* autem vel *tuitionem* ab ejusdem loci rectore haberet. Insuper ipsa die tradidit terram suam id est *tria bunaria* in loco *Banbrugge*, sitam ad altare ipsius Scti Petri: ut annis singulis solvat II denar. in censu ipso die, mundeburdem autem tam ipsa, quam omnis posteritas sua ex praedicti loci rectoribus haberet. Ipsa vero addidit dicens: si quis deinceps sive ego ipsa sive aliquis de heredibus aut pro heredibus meis seu aliqua praepotens persona huic traditioni calumniam aliquam inferre tentaverit; irae Dei et Scti Petri et perpetuae maledictioni subjaceat, et quod repetit non evindicet; sed praesens traditio maneat in aeternum. Actum publice in loco Blandinium dicto Kl. Octobr. regnante rege Henrico[1]): tempore Balduini Marchysi et Radboldo Abbate hoc coenobium regente.

Sign. ipsius Dagaradae, quae hanc traditionem fecit.

S. Balduini Marchysi, item Balduini filii ejus; S. Lantberti *advocati:* Rodulfi *advocati*, Hugonis, Ansboldi, Lanzonis, Folberti, Gummari, Anselmi, Onulfi, Hemberti, Roduuardi; S. Berefridi praepositi; Berengeri, Rodberti, Immezonis.

Ego quoque Rambertus monachus cognovi et notavi.

XII. *Gegen das Jahr* 1032.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Cum ex illo antiquitus vulnerato omnis pene ad interitum tendamus; summo labore cavendum est, ne inter latrones, quos impune transire impossibile est, iter facere studeamus. Indagines enim suos ubique collocaverunt, quibus, ut intraverint aut nullo modo aut vix elabi poterimus. Sed num quis ab introitu se abstinet, aut quis inlaesus exire potest? Nemo quidem! Omnes enim aut vulnerati aut

1) Zwischen 1027 und 1060. Ratbold starb 1027, also ist die Urkunde von 1027.

Digitized by Google

spoliati aut utriusque affecti inaeduntur. Sed dominus ait: revertemini ad me et ego revertor ad vos; Et item: nolo mortem peccatoris, sed magis, ut convertatur et vivat. Et dicit scriptura: quisquis bene cogitat quod voveat et quae vota persolvat seipsum praeparet et reddat. Quibus ex rebus mulier quaedam *Aeacyn* praemonita, cum esset libera et liberis parentibus progenita, obtulit se ad altare Scti Petri, situm in loco Blandinium dicto, ut tam ipsa, quam omnes posteri ejus Ilos persolverent denarios post quemque annum, et in badimonio (*sic*) VI et post finem hujus vitae XII ibidem solvi faceret. Quicunque huic contraire conatur, nisi resipuerit: Dei inimicitiam et omnium sanctorum incurrat.

Commissaque est *Ingelberto* de Petengem, ut ejus ubique et quocunque defensor existeret. S. Comitis Balduini. S. Guicardi Abbatis. S. Ernulfi. S. Ingelberti. S. Rodulfi. S. Teodorici. S. Athelardi.

Ingelberto igitur e medio sumpto [1]), posteri ejus, nam ipsa mortua erat, non habentes defensorem transtulerunt se ad tutelam Hemerici et fratris ejus Fastradi. Sed illi avaritia [2]) corrupti hos servos suos fore dixerunt: nam cartam eorum vel consilio duorum fratrum vel ignorantia eorum amiserant. Sed ipsae quoniam Deo quam hominibus servire plus voluerunt, converterunt se ad Athelardum de Petengem non ut ejus fieri vellent servi: sed ut defenderet eos in loco patris sui defuncti. Quod et fecit, et ante omnes majores minoresque comitis nostri Balduini ad Scti Petri Familiam pertinere jurejurando confirmavit.

XIII. *Gegen* 1043.

In nomine Patris et filii et Spiritus sancti. Notum volumus esse universis sanctae matris ecclesiae filiis praesentibus et futuris, qualiter quaedam foemina nomine *Hildegardis*, libera cum esset et ab ingenuis procreata parentibus, tributariam se et omnem posteritatem ex se processuram constituit esse Gandavi, in loco Blandinium dicto, ubi sanctus requiescit Wandregisilus cum beata Christi virgine Amalberga, ad altare scilicet beati Petri apostoli: ea videlicet ratione, ut tam omnis posteritas sua, quam ipsa esset de familia ipsius beati apostolorum principis et annis singulis in festo Scti Bavonis pro censu II solveret denarios: et cum se matrimonio copulari vellet, nullam licentiam quaereret, sed pro badimonio sex denarios solveret. Et post praesentis vitae finem item sex denarios praedicto loco solveret. Et etiam interposita ratione, ut si ipsa *Fortlifh* virum suum *Raingerum* supervixisset et se solam absque filiis per istum virum procreatis,

1) Diess ist später hinzugefügt, jedoch von derselben Hand.
2) Diess Wort ist ausgestrichen, und darüber geschrieben *ambitione*.

Digitized by Google

si tamen aliqui sint, absolvere vellet ab illius traditionis lege, unam ex suis propriis mancipiis mulierem filios procreantem et ejusdem traditionis legibus cum omni posteritate sua subjacentem pro se sancto Petro in memorato loco traderet, et sic libera permaneret.

Quod si filiam habuisset, et ipsa etiam ab eadem lege se absolvere vellet: similiter unam ancillam filios procreantem et iisdem legibus, cum omni posteritate sua subjacentem pro se daret et libera permaneret. Item et si filium habuisset, idemque se ab hac lege absolvere vellet: servum et ejusdem habilem in omnibus traditionis legibus subjacentem pro se daret, liberque permaneret.

Placitum vero nullum quaereret: mundeburdem utique defensorem, ab ejusdem loci haberet. Insuper addidit, dicens: si deinceps sive ego ipsa, quod absit, sive aliquis de heredibus aut pro heredibus meis seu aliqua praepotens persona, huic traditioni calumniam aut vim inferre tentaverit; prius iram Dei, etiam Scti Petri, omniumque Sctor. incurrat offensam, et perpetuae maledictioni, maledictus a Deo, subjacebit, et quod repetit, non euindicet; sed praesens haec traditio finetenus manebit inconvulsa per saeculorum saecula. Actum publice Gandavi in loco Bland. dicto, XI Kal. Augusti regnante Henrico. Sign. ipsius Fortlifh quae hanc traditionem fecit et firmari petiit.

S. *Balduini* Marchisi
S. *Folcardi* advocati
S. *Lamberti* filii ejus.
S. Venemari filii ejus.
S. Adalardi filii ejus.
S. Folcardi filii ejus.
S. Vinehardi praepositi,
Signa septem testium.

Ego quoque Rambertus monachorum ultimus vidi et notavi.

XIV. *Vom Jahre* 1071.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Cunctis fidelibus in perpetuum notum sit: mulierem quandam de Calculo, *Thelem* nomine, cum esset libera, se suamque omnem in posterum successionem [contulisse] ad altare Sctae Mariae de Melcele ea conditione, ut ibidem tam ipsa, quam et omnis posteritas ejus singulis annis *antuerpiensem* denarium persolverent: Advocatum eatenus nullum habuit, praefatae ecclesiae personam se constituit praeter ipsam nec ipsa nec ipsius successio deinceps habitura. Actum Melcelae anno dominicae incarnationis MLXXI:

Episcopo Noviomensis ac Tornacensis ecclesiae Lamberto,

Digitized by Google

coram his testibus. Sign. Folcardi Decani, S. Frobaldi, S. Bernardi, S. Elberdi, S. Dodonis. Quicunque hoc invaserit: maledictus sit. Amen.

XV. *Vom Jahre* 1085.

In nomine Patris et filii et Spiritus sancti amen. Notum sit tam praesentibus quam futuris, quod quaedam foemina Liborch de *Rininge* cum filia sua Folquardis, quae maritata fuit *Apligehem*, cum esset libera utpote liberis parentibus procreata, ne temporali servituti subderetur, se cum filiabus eorumque posteritatis successione ancillas constituerit Deo et Scto Petro in loco, qui Blandinium dicitur, ea scilicet conditione: ut et ipsae et earum successionis singulae personae annuatim ibidem II denarios persolverent, cum nupserint VI, post obitum XII.

Sicut etiam quaedam foemina de Formesele, nomine *Foldent* liberis parentibus procreata, se cum omni posteritatis successione in praedicto caenobio, tali (praedicta scilicet) conditione reddiderit. Similiter Gersent de villa quae Bevesclare vocatur, cum omni posteritate se ibidem donavit. Similiter et Derletsch de Geleve, cum posteritate. Similiter Herrigardis de Morcelede cum omni posteritate se ibidem donavit.

Actum est hoc anno dominicae incarnationis MLXXXV. Roberto Flandrensium Comite. Abbate Folchardo praedict. caenob. regente. S. Domini Folchardi Abbatis. S. Ulbaldi. S. Fulcronis, S. Curulfi et testibus aliis quam plurimis.

XVI. *Vom Jahre* 1098.

Testatur sapientia: quia redemptio viri propriae sunt divitiae in Evangelio: date elemosinam et omnia munda sunt vobis. Quapropter in Dei omnipotentis nomine, notum sit omnibus christianae matris ecclesiae fidelibus. Quia ego *Alteit* una cum duobus filiis meis Godefredo et Alteit quoddam mei juris mancipium nomine Godevara pro anima delectissimae conjugis Rikildis ad altare beati Petri in monte Blandinio manumisimus, et eidem ecclesiae legitime contulimus. Censum autem duos denarios singulis annis instituimus, et pro badimonio sex, post obitum ejus similiter duodecim delegavimus. Quod ne quisque de heredibus aut pro heredibus infirmare vel mutare posset, carta et atramento roborari decrevimus, adjectis et subscriptis legitimis testibus: Racolfus. Warelmus. et filius ejus Godefredus. Vegericus. Raingerus et alii. Actum publice anno incarnati verbi millesimo nonagesimo octavo, Romanae sedis praesidente domino Urbano, Philippo rege: Roberto secundo Flandrorum comite: Domino Si-

Digitized by Google

gero Abbate. Ego Theodoricus Scti Petri indignus Cancellarius vidi et notavi.

XVII. *Vom Jahre* 1102.

† Innotescimus omnibus sanctae matris Ecclesiae filiis tam praesentibus, quam post temporum spacio futuris: qualiter quaedam foemina nomine *Alburg* ex ingenuis parentibus tradiderit se beatissimo confessori Gudwalo, cum esset de Mechline orta, in loco Blandinium dicto, eo videlicet perpetuitatis foedere, ut singulis annis in ejus solempnitatem tam ipsa, quam omnis posteritas ex ipsa processura, pro capitali censu solverent II denarios in conjugali copula VI; deposita carnis sarcina XII: Advocatum vero vel alicujus rei defensionem praeter Abbatem praefati loci nullatenus requireret. Si quis autem hanc largitionis cartulam aliqua praesumtionis causa infringere temptaverit, nec digna satisfactione penitens resipuerit: excommunicationis taculo perfossus vindictae justi judicis dei legaliter subjaceat. Actum anno verbi humanati MCII indictione II, Philippo rege Francis imperante. Rotberto monarchiam Flandrorum gubernante et domino Sigero Abbate hoc caenobium regente. coram testibus subtitulatis. S. Aserici de Afsna; S. Erpolfi; S. Razonis; S. Aserici; S. Roberti; S. Ringeri; S. Henrici; S. Adalardi.

XVIII.

Graf Dieterich von Flandern übergiebt mehrere Eigenhörige dem Kloster von Sanct Bavo zu Schutzhörigen [1]). Vom Jahre 1130.

Theodoricus Comes Flandriarum universis ecclesiae Dei filiis in perpetuum. Ob memoriam et salutem meam et praedecessorum meorum quaedam mancipia mea, quorum nomina subscribuntur, cum omni sobole sua et posteritate Scto Livino precioso martyri in Gandensis ecclesiae Scti Bavonis libera et absoluta traditione coram hominibus et baronibus meis praesente Abbate Vulfrico et fratribus ejusdem ecclesiae contradidi et sine jure et exactione atque expeditione vel placito vel quolibet servitio cujuslibet advocati tam eos quam omnes posteros esse constitui. Ita sane quatenus solum Abbatem vel, si ipse solus non sufficiet ad tuitionem eorum, me cum Abbate sub Scto Livino dominum et advocatum

1) Aus dem Klosterarchive, jetzt im Prov.Arch. zu Gent. Auch abgedruckt im *Cartulaire de Saint Bavon*, herausgegeben von *Serrure* p. 54—55.

Digitized by Google

habeant: ipsi soli serviant, ipsi censum solvant, ipsius placito non alterius assideant, ipsius licentia foeminae et viri non de aliis quam de familia Scti Bavonis ipsae maritos ipsi uxores accipiant, nisi forte foemina liberum vel vir liberam ducat, vel quamlibet personam, quae de jure alterius in servitutem ecclesiae transeat. In obitu de substantia defuncti vel defunctae jus suum, ut solet de talibus fieri, ecclesia exigat, nisi forte pro paupertate eorum aliqua remissio fiat. Haec sunt nomina horum mancipiorum.

(*Sequuntur XI nomina feminarum vel virorum cum posteritate non nominata.*)

Hi testes fideles subrogati sunt: Everardus de Gand, Balduinus frater ejus, Gerardus frater ejus, Diremannus de Locren. Arnoldus filius ejus. Enguelbertus de Gundelgem. Arnoldus frater ejus. Walterus frater ejus. Balduinus de Afsne, Willelmus de Dunse et alii fideles. Item *Winemarus de Gand*, *Castellanus*, Gozwinus de Niukerka. Gervasius de Sumergem. Goswinus de Sloten, Godescalcus de Scto Bavone, Lambertus de Landeghem, Willelmus filius Gelnodi. Balduinus de Furslare.

Actum publice in Castro Gandavo anno Dominicae incarnationis millesimo centesimo tricesimo. indictione octava, concurrentibus II, epactis VIIII.

XIX.

Confirmatio datae libertatis ab herede donantis facta circa annum 1182 [1]).

Ego Theodoricus Hildegardam Letteri et Thidae filiam de servili conditione calumpniari inceperam, quam patruus meus Balduinus atque pater meus Ivanus, sub probatorum virorum diligenti testimonio legitima donatione cum omni posteritate sua Scto Bavoni tradentes attitulaverunt. Postquam autem ipsius veritatis ordo mihi innotuit, potius veridicorum relationi quam falsidicorum relationi consentiens, non solum patrui atque patris mei factum ratum esse promisi, verum etiam instauravi. Ut ergo supra memorata donatio rata ac indissolubilis tam praesentibus quam futuris pateat, cum sigilli mei impressione confirmo: et insuper viri probati in ejusdem confirmationis testimonio conferendo certitudinem posteritatis transmittant. Galtherus Comphin; Theodoricus frater ejus, Hugo de Kemseke; Dirkinus et Arnulphus filii ejus; Wiricus de Kanham; Gozvinus de Haspere; Theodoricus

1) Aus demselben Archive.

Digitized by Google

de Donsa; Guillelmus de Haga; Hawelus, Lambinus de Morenghem. Ego Balduinus Clericus Abbatis hoc cyrographum dictavi et scripsi, Bettone Abbate ecclesiam sancti Bavonis patrocinante. Amen.

XX.

Verzeichniss von Schutzhörigen des Klosters Sanct Peter bei Gent. Vom Jahre 1239.

Haec sunt nomina quae spectant ad advocatiam Beati Petri Gandensis:

In *Hule* et *Curne*, *Heyla de Beka*: *Reynewif* filia ejus, *Imma* uxor Walteri *Wale*; *Heyla*, *Grita*, *Gerardus* et *Henricus* filii ejus, *Ava* soror *Immae*, *Marotha*, *Sara*, *Daniel* et *Michael* filii ejus. *Adeliza* de Strata, *Johannes* et *Clementia* fil. ejus. *Heyla de Hulst*. *Hota* de Lapide soror ejus: *Ava* uxor sculteti; *Truda* filia ejus. *Heyla*. *Lyna* et *Maltha* fil. *Hylae* de Hulst. *Reinewif et Neta* filiae *Heilae* de Hulst. Balduinus filius Immae Wale. *Marotha* et *Heyla* filia *Heylae Rams*.

Omnes isti supra dicti cum posteritate sua spectant ad advocatiam Scti Petri Gandensis: Et scultetus de Afsne tenet eos in feodum de Abbate Scti Petri Gandensis.

Renovata haec cartula tempore viri venerabilis Roberti Abbatis: et ne aliquis de supradictis hominibus in posterum ob aliquam occasionem servilis conditionis valeat molestari dictus R. Abbas ad preces sculteti de Afsne sigilli sui munimine praesentem cartulam roboravit. Anno Domini M°CC°XXX° nono mense Aprilis.

XXI. und XXII.

Die lezten Urkunden freier Personen, die sich an das Kloster S. Bavo bei Gent in Schutzhörigkeit begaben [1]). Vom Jahre 1307.

A.

In nomine omnipotentis Dei amen. Universis praesentes literas inspecturis Walterus divina permissione Abbas monasterii Scti Bavonis Gandensis ordinis Scti Benedicti, Tornacensis diocoesis salutem in Domino sempiternam. Ut ea quae aguntur in tempore, firma et inconvulsa permaneant processu temporis, compendiosum est eadem modernae memoriae subsequentium litteris

1) Aus dem Klosterarchive, jezt im Prov.-Arch. zu Gent.

Digitized by Google

commendare. Hinc est quod nos universitati vestrae tam praesentibus quam futuris praesentium tenore significamus et etiam volumus fore notum, quod quidam Willelmus dictus Molnere, oriundus de Stelant, filius quondam Willelmi, filii Amelii de Stelant et Gertrudis, dicti Willelmi, filii Amelii, legitimae uxoris, cum esset liber et homo liberae conditionis ac de liberis parentibus procreatus et de *libero loco* procedens se cum omni sua posteritate videlicet heredibus suae propriae carnis *tributarium* ad nostrum Scti Bavonis monasterium constituit, reddidit et esse voluit perpetuo tali conditione, quod tam ipse Willelmus quam sua posteritas, videlicet heredes suae propriae carnis, in perpetuum annuatim solvent *cantori* nostrae ecclesiae Scti Bavonis, quicumque ibidem cantor fuerit pro tempore, duos denarios in die nativitatis beatae Virginis et sex denarios in matrimonio et duodecim denarios in morte, tali conditione opposita inter nos et dictum Willelmum Molnere, quod nec ipse Willelmus nec sua posteritas videlicet heredes suae propriae carnis, aliquem habeant alium advocatum quam Abbatem vel ecclesiam Scti Bavonis Gandensis. Quibus sic actis nos dictum Willelmum Molnere liberum existentem liberum perpetuo esse volumus et liberae conditionis et liberum praesenti tenore, quantum in nobis est, facimus eundem. Praemissis interfuerunt Henricus de Rode, Clericus, Philippus ejus frater; Philippus dictus de Harlebeke et Johannes dictus de Plachen, clericus, tanquam testes advocati. In praemissorum testimonium sigillum nostrum praesenti cartae duximus supponendum. Datum anno Dominicae incarnationis millesimo trecentesimo septimo, feria secunda post festum Exaltationis Sctae Crucis.

B.

Notum sit universis tam praesentibus quam futuris praesentem cartam inspecturis vel audituris, quod quidam homo, Willelmus nomine, filius Willelmi, filii Amelae, natus de Steelant, cognomine Molnere, cum esset liber liberisque natalibus ortus, obtulit se propria voluntate piissimo confessori Scto Bavoni in ecclesia sua Gandensi singulis annis in *censu capitali* ad duos denarios, in matrimonio ad sex; in obitu vero ad duodecim. Si quis hanc cartam infringere praesumpserit iram Dei omnipotentis, Sanctique Bavonis et omnium Sanctorum sciat se procul dubio incurrisse: Testibus ad hoc vocatis: Venerabili Patre nostro Domino Waltero Abbate, Domino Jacobo de Teneramunda, tunc elemosinario et Hugone de Masires, tunc cantore; Philippo de Haerlebeke, clerico dicti domini abbatis, Henrico de Rode et Philippo fratre ac The. Plachen clerico. Actum anno Domini millesimo trecentesimo septimo, mense Septembri.

Digitized by Google

C. Urkunden,

betreffend

die Rechtsverhältnisse von Submansores.

Digitized by Google

Digitized by Google

XXIII.

Fragmenta quaedam de oneribus rusticorum et hospitum Scti Petri Gandensis [1]).

I.

Fol. 9. v.

Census de Axla[2]). Willelmus Covelart, et Wilhelmus Calvus. Iruinus et Balduinus nepos ejus coheredes eorum IIII pensas lanae V vellera minus. Tempore tondendi duas partes ejusdem lanae solvent, et quod de tertia parte restat solvendum, in festo Sancti Bavonis. I pensam lanae V fertonibus poterunt solvere. Caseorum XXI pensas, in festo Sc. Wand. II partes, in festo Scti Bavonis quod de tertia parte caseorum restat solvere poterunt, datis pro I pensa VIII sol. Agnorum cap. XXXIII. Kal. Mai duas partes, in festo Scti Johannis Bapt. quod de tertia parte agnorum restat, solvere poterunt; dato pro 1 agno I. denario, si ipso die ante solis occasum tertiam partem agnorum non persolverunt. Proximo die agnum non minus quam XII den. redimere poterunt. In pascha ova anserina et panes VI: in festo Scti Bavonis panes XII, in natali domini panes VI et capones XIII. Inde tenent trecentas mensuras terrae. — De mensuris hereditatem acquisivimus.

II.

Ibid. fol. 14 in nota [3]).

Anno Domini MCCLXVI ad festum beati Johannis Baptistae acceperunt hospites nostri de Hondelede terras de Hondelede, quas debent excolere ad medietatem a nobis pro VIII lib. solvendis ad purificationem beatae Virginis, et debent habere ad sex annos continuos.

Tenentur insuper dicti hospites dictas terras nobis relinquere in exitu [4]) ..... suae legitime seminatas cum siligine et avena. Brake debent relinquere legitime cultam in exitu: et debent exire ad festum beati Johannis Baptistae.

---

1) *Ex libro censuali vetusto maximam partem initio saec. XIII. scripto.*

2) *i. e. Axel in Flandria Zeelandica.*

3) *Haec ut alia in fine Codicis posita manu recentiori, a prioris scriptoris omnino diversa, exarata sunt.*

4) *Codex habet pime.*

Digitized by Google

III.

Fol. 16. *post enumerationem plurium terrarum censualium leguntur haec:*

Hanc terram [1]) rustici ipsius villae singulis annis excolere debent statuto tempore: hoc est in Martio duobus diebus; in Majo duobus diebus; in Augusto duobus diebus; in Septembri ad cooperiendum semen duobus diebus. Sunt autem et alia servitia legitime antiquitus statuta, quae praedicti rustici, si à villico, jubente praeposito, ammoniti fuerint, sine dilatione jugiter debent implere, hoc est, annonam beati Petri cum plaustris suis ad aquas ducere: culcitra sua in adventu praepositi vel abbatis praestare: curtim etiam, quando necessitas expostulat, circumfodere: septem facere et foveae [2]) superponere: fimum suo tempore ejicere. Quod si facere neglexerint: ecclesiae pro negligentia III sol. solvant et servitia sua more solito impleant.

IV.

Fol. 21. *in f., post enumeratos singulos census, haec leguntur:*

Homines debent ministerium ad fimandum agrum sicut sibi. Unaquaque domus dat unum ministerialem ad fenum colligendum.

Ibid. initio:

Possessores hujus terrae debent ministerium singulis diebus vel feriis per totum annum plaustris et aratris et manuum operibus.

XXIV.

Charta de capitalibus Scti Petri in advocatia Brabantensi degentibus et de Crombrugge [3]) 1122.

Karolus Comes Flandriae et filius regis Daniae, universis patribus et filiis sub principatu nostro constitutis.

Quia justitia de coelo prospexit, ut justitiae serviamus, debemus secundum praeceptum dominicum inter virum et virum justum et injustum aeque judicare, quatenus post pericula hujus vitae misericordiam et veritatem obviantes, deputemur aeternaliter in illo Salomonis ferculo. Igitur piae memoriae fidelium tam praesentibus quam futuris innotescimus: qualiter venerabilis *Arnoldus,* Scti Petri Blandiniensis ecclesiae Abbas, nostram adierit praesentiam satis juste conquerens: Balduinum *de Alost* capitales Scti Petri in advocatia Brabatensi degentes, quam de me et an-

1) *Juxta Spilthorn.*

2) *Fovea cfr. Ducange h. v.* T. 4. p. 666.

3) Aus dem Klosterarchive, jetzt im Prov.Arch. zu Gent.

Digitized by Google

tecessoribus meis sub tuitione ejus ecclesiae hactenus in feodo tenuit, contra jus graviter et supra modum afflixisse: quorum necessitati et ecclesiae utilitati et quieti providens, tam pro stabilitate regni mei, quam pro adipiscendo eternarum collium desiderio sub judicio et testimonio principum terrae meae, harum injuriarum controversiam tali modo derationare constitui. Castellum apud Crombrugge adjudicatum est Balduino. Capitales de Merlebeca liberi sunt a Balduino, illi videlicet qui habitant in Merlebeca, et ab omnibus advocatis. Si vero extra parochiam illam perrexerunt habitare, in advocatia videlicet Balduini, quae est in Brabanto, duos advocato dabunt denarios et non amplius. De his, qui habitant in Crombrugge, sive in ceteris locis in Brabanto, de singulo manso habebit advocatus porcum sive XVI denarios pro porco. De uno manso quoque habebit advocatus una ebdomate in anno ad opus castelli sui unum hominem, sive VI denarios, quodcunque advocatus elegerit. Nullum de advocatia capere, nullum pandare; nulla omnino hospitia habebit advocatus. Nullam rogationem in ea habere debet Balduinus vel sui de his qui pertinent ad Merlebeca, ubicumque habitaverint in advocatia. In ceteris locis, habebit advocatus de homine uxorato singulis annis XII denarios, de uxore VI, de ceteris nihil usque ad copulam. Si vero censum istum supersederint, non licet ei, istos capere vel pandare, sed adito placito Abbatis generali justitiam per scabinos Abbatis et per villicum ejus accipiat. Si vero is, qui culpabilis est, venire noluerit, capiet eum advocatus et in curiam abbatis ponet in custodia, donec coram scabinis abbatis et villico satisfaciat de forisfacto: II denarios abbati, III vero advocato. In advocatia nullum placitum habeat Balduinus nisi III generalia abbatis placita. In his tribus abbas sive praepositus ejus sive villicus ejus anteriorem habebit manum; si ibi advocatus vel nuntius ejus sit. Si talis vero sit nuntius advocati, qui abbati displiceat et justitiae ejus contrarius sit, in camera abbatis satisfaciat vel deponatur ibi. Advocatus neque causidicus sit, neque Causidicum dabit neque Scabinos monet: sed ista omnia Abbas et sui. Quodcunque de placitis ad emendationem venerit, emendabitur villico Abbatis: inde tertia pars advocato, duae partes abbati dabuntur. Si vero solvere non potuerit is, qui emendavit, eam, quam communiter ei misericordiam fecerint, habeat. De servis ecclesiae ubicunque habitaverint, nihil habebit advocatus. Si vero aliquis de advocatia alium de advocatia sive fustibus sive pugnis verberaverit sine sanguine, et conquestus homo advocato fuerit, justitiam per villicum abbatis et scabinos ejus accipiat. Si homo convictus fuerit hujus forisfacti, III solidos habebit advocatus; de sanguine

Digitized by Google

v solidos, si vero negaverit et praeterea vii solidos. Si vero truncatus membris sive debilitatus fuerit, xii solidos, si vero occisus xxiii solidos. Si autem Comes Flandriae expeditionem summonuerit et perexerit, advocatus per villicum Abbatis iiii jumenta in advocatia, si cum Comite perrexerit, accipiet et coram scabinis Abbatis pretium ipsorum, si mortua sive amissa fuerint, sive non reddiderit, computabit. Si non reddiderit, donec restituat, nulla accipiat, sana reddat. Si quis cum muliere in advocatia non desponsata coierit, si convictus coram abbatis justitia fuerit, v solidos advocato. De alteri apud *Vuonbrechtengem* nichil advocato judicatum est. De Curtibus Abbatis sive de culturis ad ipsas pertinentibus nichil judicatum est advocato, nisi forte Abbas conquestus fuerit ei de aliqua injustitia. Si vero homo capitalis in Curia Abbatis habitaverit, nichil dabit advocato: quamdiu in ea habitaverit. Si vero aliquis liberorum sive servorum servum suum sive liber se ipsum sive allodium suum Scto Petro dederit, talis in ecclesia maneat qualem se dedit.

Actum Gandavi anno incarnationis Domini M°C°XXII indictione XV anno principatus ejusdem Comitis III° sub Ludovico Francorum rege coram testibus subtitulatis.

Signum Caroli Comitis.
S. Balduini de Alost.
S. Razonis de Gavere.
S. Dermacini de Lockerne.
S. Aserici de Monte.
S. Vivini fratris sui.
S. Rodulfi de Melle.
S. Eggeberti fratris ejus.
S. Balduini de Lethen.
S. Sigeri Castellani.
S. Vinemari fratris ejus.
S. Theodorici de Beverne.
S. Gozuini de nova Kerka.
S. Hugonis de Afne.
S. Manteli.
S. Riquardi.
S. Reyneri de Zuinarde.
S. Gerardi Camerarii.
S. Franconis.
S. Winemari fratris sui.
S. Henrici.
S. Gerardi Calvi.
S. Gerardi de Sottinghem.

Digitized by Google

S. Heynfredi de Thesla.
S. Sigeri de Thesla.
S. Gerardi: item Gerardi.
S. Otgaudi et Gozonis.
S. Apri, item Apri.

XXV.

Instrumentum de annona a submansoribus Monasterii Scti Petri Gandensis praestanda [1]), 1193.

Ego Hugo Dei gratia Abbas Scti Petri Gandensis et ejusdem ecclesiae conventus, notum fieri volumus tam praesentibus quam futuris: quod cum *submansores nostri de Loten* de terra sua ecclesiae annonam annuatim solvere tenebantur tandem eorum rogatu ex concessu nostro actum est, quo *pro debito annonae annuatim octo marcas persolvent:* quatuor in festo Scti Bavonis et quatuor in purificatione beatae Mariae, *minutum* autem censum scilicet *sokenesse, gherschure, porcos baconales et vershinghe*, sicut ab antiquo statutum est, terminis suis persolvent. Ut autem in posterum hoc inter ecclesiam nostram et ipsos ratum conservetur et firmum, praesentem paginam, quae idem testatur, sigillorum meorum appositione munivimus, et testium nomina, qui interfuerunt subscripsimus. Signum domini *Hugonis* Abbatis; S. *Walberti, Willelmi* et *Amandi* monachorum; S. *Willelmi*, decani Brugensis, S. *Berwaldi* clerici ejus; S. *Josephi* Canonici Scti Donatiani; S. magistri *Willelmi* et magistri *Basili*; S. *Balduini* de *Ravenscot*; S. *Lamberti, Gerardi, Lamberti, Robberti*, hominum Scti Petri.

Actum Brugis in domo Decani anno incarnationis Dominicae M°C° nonagesimo. Apud Tourhout anno ejusd. dominicae incarnationis nonagesimo tertio renovatum.

XXVI.

Raso von Gavera entsagt auf sein Recht, das Vermögen seiner ohne Erben verstorbenen, nicht leibeignen, Hintersassen einzuziehen [2]). Im J. 1210.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis Ego Raso, dominus de Gavera, botellarius Flandrie, in plenaria potestate exi-

1) *Ex Arch. Scti Petri Gandensis, nunc Flandr. Orient.*

2) Aus dem Provinzialarch. in Gent. *Cartulaire de S. Bavon* Nro. 97.

Digitized by Google

stens, ad noticiam tam praesentium, quam futurorum transferri volo, quod divino ductus intuitu, ex libera voluntate et assensu, et consensu Clarissae uxoris meae et filiorum meorum, scilicet Rasonis, Arnulfi et Philippi, in ecclesia sancti Bavonis, in elemosinam omne jus, quod me habere dicebam, in hominibus sine herede decedentibus, quod vulgariter *mortua manus* dicitur, sive fuerint clerici, sive laici, omnium scilicet in allodio sancti Bavonis, et in dominio et in comitatu meo praedicti videlicet allodii manentium, exceptis illis, qui de jure servitutis michi mancipati sunt, sub hac forma, pro remedio animae meae, contradidi: ut nullus de cetero aliquid juris vel exactionis super hac causa in eis quaereret.

Preterea recognosco quod omnes taliter mancipati possessionem et hereditatem suam ad libitum suum conferent; et si intestati decesserint, illi quos de jure hereditario contigerit sine calumnia habeant. Ut autem haec donatio rata permaneat et nullius dolo vel suggestione infirmari vel violari poterit, presens scriptum appensionibus sigilli mei et uxoris meae, et Eustachii abbatis sancti Bavonis et capituli ejusdem loci corroborantur. Haec sunt nomina testium qui huic donationi interfuerunt: S. Gosuini prioris S. praepositi, monachorum sancti Bavonis, H. presbyteri de Everghem, B. de Ronslo, B. de Broka, E. de Chemmersaka, militum, S. de Ghetescure, W. Caillau, J. de Varnewic, H. Haddin.

Abbas et conventus sancti Bavonis vinculo anathematis innodaverunt, quicumque hanc donationem aliqua occasione molirentur infringere.

Actum anno incarnationis domini M°.CC°.X°. Pphilippo, Namurcense marchione, procuratore Flandriae, et Hanoniae. Datum Lo, in curia sancti Bavonis, mense Julio.

XXVII.

Joanna Flandriae et Hannoniae Comitissa confirmat remissionem plurium exactionum factam ecclesiae Wattinensi a Michaële de Harnes, Constabulario Flandriae [1]). A. 1218.

Ego Johanna Flandriae et Hannoniae Comitissa notum facio universis praesentes literas inspecturis: quod in mea et hominum meorum constitutus praesentia nobilis vir *Michael* [2]), Flandriae constabularius remisit ecclesiae Watinensi do assensu meo omnio *de-*

1) *Ex antiquo Codice Priv. Ecclesiae Wattinensis fol. V. Cop. papir. in Arch. Flandr. Orient.* 2) *i. e. Mich. de Harnes. Cfr. de St. Genois p.* 503–504.

Digitized by Google

Dieſe beide Cartons ſind im III. Bd. 2te

bita et *servitia*, quae eadem ecclesia et ipsius *hospites* et *censuarii* eidem Michaeli debebant et de *terris* et *possessionibus*, quas memorata ecclesia possidet et propriis sumptibus et laboribus excolit, vel aliis, sub annuo censu suo nomine possidendas concessit in Comitatu, quem de me tenet in villis de *Folerinenhova*, de *Lethersela*, de *Rubruck*, de *Broxella*, de *Penis* et de *Balinsela*: memoratam insuper *ecclesiam* et *omnes hospites super terram ipsius commorantes*, tam ab illa exactione, quae vulgo dicitur *Uthland*, quam ab omni tallia, exactione et rogatione liberos proclamavit in perpetuum et absolutos sicut in ipsius authentico [1]) plenius continetur.

Ego vero ad instantiam saepe dicti *Michaelis* constabularii huic donationi solenniter facta manum apposui et eam approbavi, promittens saepe dictae ecclesiae, cujus sum advocata, *garandiam* et defensionem. Si quis eam super hoc molestare praesumserit.

In cujus rei memoriam et testimonium praesentes literas perfeci et sigillo munivi.

Actum apud insulam anno Domini M°CC°XVIII° mense Martio.

Hoc autem sciendum, quod si *excambium* [2]) inter me et Dom. *Michaelem* stabularium factum, quocunque modo in posterum continget revocari in recompensationem illarum rerum, quas idem Michaelis Wattenensi remisit ecclesiae: ego vel heredes mei usque ad quindecim libras Flandrenses annui reditus retinebimus, ubicunque nobis placuerit in excambio illo, Casleti et in *Castellatura* Casletensi. Actum apud Insulam.

XXVIII.

Urkunde der Gräfin Johanna von Flandern, betreffend die Hülfsleistungen ihrer Submansoren zu Brügge und der von S. Donas zur Loskaufung Ferdinands [3]). Vom Jahre 1220.

Ego Johanna Flandriae et Haynoniae comitissa. Omnibus notum facio: quod licet hospites cubantes et levantes Brugensis praepositi de terris, quas habent sub me et sub mea jurisdictione, et vice versa mei hospites cubantes et levantes de terris, quas habent sub praeposito Brugensi et sub ejus jurisdictione faciant auxilium ad redemptionem karissimi domini et mariti mei *F.* Flandriae et Haynoniae comitis; nolo tamen quod hoc in futurum trahatur ad

1) *Extat huj. Authentici versio apud de S. Genois l. c.*

2) *i. e. permutatio castellaniae,*

3) Aus d. Archiv von S. Donas, jezt in d. Kirche von S. Salvator zu Brügge.

Digitized by Google

consequentiam vel quod meis vel suis hospitibus in futurum praejudicium generetur. In cujus rei testimonium praesentem tradidi paginam mei sigilli munimine roboratam. Actum anno Dni millesimo ducentesimo vicesimo, mense Decembri die mercurii post nativitatem Domini [1]).

XXIX.

Quid debeant solvere hospites de *Anetieres* [2]) in venditione et pigneratione terrarum suarum. Anno 1260.

Universis praesentes literas visuris officialis Tornacensis salutem in Domino. Noveritis, nos anno Domini Millesimo ducentesimo sexagesimo primo, sabbato ante diem trinitatis literas religiosi viri J. Abbatis Scti Petri Gandensis non abolitas non cancellatas, non in aliqua sui parte viciatas, vidisse et inspexisse in haec verba:

Universis praesentes litteras inspecturis J. divina permissione Abbas Scti Petri Gandensis salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod cum discordia esset et contentio inter praepositum ecclesiae nostrae et *censuarium curtis* nostrae de *Anetieres* ex una parte, et *homines* ac *hospites* nostros in dicta villa ex altera super *releviis* de terris venditis et vendendis ac super releviis de *formortura* provenientibus et aliis, quam plurimis articulis: tandem dictae partes de proborum virorum consilio supposuerunt se ordinationi nostrae. *Nos* vero, auditis rationibus utriusque partis et testibus diligenter examinatis, quos utraque pars ad probandam intensionem suam adducere volebat, de proborum consilio dictam discordiam terminavimus in hunc modum:

Videlicet, quod dicti *homines* ac *hospites* nostri de terra vendita a tempore dictae discordiae inchoatae et etiam de terra in posterum vendenda solvere tenebuntur *praeposito* vel qui loco ejus erit, quo [3]) tempore, de qualibet *marcha* duos solidos Artisienses. De terra vero quae a dictis hospitibus ac hominibus invadiabitur seu impignorabitur, pro debito solvent dicti hospites pro qualibet *marcha* duos solidos Artisienses. Si vero aliquis hospitum nostrorum habens filium vel filios filiae suae super terram in matrimonium aliquam pecuniam assignaverit, dabit de qualibet marcha duodecim

1) Originalbrief mit Siegel.
2) *Ex Cartulario Scti Petri; nunc ex libris clariss. Lammens, nuper defuncti Gandavi.* 3) *i. e. eo.*

Digitized by Google

denarios. Et si aliquis hospitum nostrorum mulieri, quam ducet in uxorem super terram aliquam, summam pecuniae assignaverit, dabit de qualibet marcha sex denarios. Praeterea dicti hospites solvent de quolibet bonnario, quod iis ex *formoftura* jure hereditario advenerit, duos solidos flandrenses.

Et ne de caetero super dicta discordia quaestio inter dictas partes oriatur, volentes paci ac tranquillitati dictorum hospitum providere: praedictis hospitibus praesentes litteras in testimonium ratihabitionis dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno M°CC°LX feria quarta post conversionem Scti Pauli [1]).

XXX.

Die Gräfin Margaretha von Flandern erkennt die Hoheit des Probstes von S. Donas über seine submansores an [2]). Im Jahre 1263.

Nos Margaretha Flandriae et Haynoniae comitissa notum facimus universis quod cum Balduinus Refins, quondam baillivus noster Brugensis, quemdam hospitem ecclesiae Scti Donatiani Brugensis, capi fecerit et suspendi, et Ph. de Poele, miles, nunc ballivus noster Brugensis, ejusdem ecclesiae hospitem captum patibulo duxerit suspendendum contra tenorem privilegiorum à nostris praedecessoribus eidem ecclesiae concessorum: Nos pro reverentia ac devotione, quam ad ipsam habemus ecclesiam et obtuitu dei et justiciae, jura et privilegia praefatae ecclesiae, salva ac illaesa conservare volentes, auctoritate praesentium confitemur eosdem ballivos, hospites ipsos minus justè suspendisse, nec praedictae ecclesiae aliquid in suis juribus ac privilegiis per factum hujusmodi occasione praemissorum volumus praejudicium generari; immo volumus et concedimus quod omnia jura et privilegia illibata et illaesa remaneant ecclesiae memoratae et etiam inconcussa occasione praemissorum. In cujus rei testimonium praesentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Datum anno domini m°cc° lx tercio, die Jovis ante festum beati Petri ad cathedram.

1) *Sequuntur fol. CLXXV nomina hospitum, qui huic arbitrio se submissuros esse declarant, anno* 1261.

2) Nach dem Original im Archiv von S. Donas zu Brügge.

Digitized by Google

XXXI.

Praepositus et Capitulum Ecclesiae Thoraldense consentiunt, ut Comes Flandriae in aliquem ex suis *hospitibus* inquirat [1]). A. 1296.

Noverint universi, quod cum dissentio orta fuisset inter illustrem Dominum Comitem Flandriae, ex una parte, et Nos, Johannem praepositum ac capitulum ecclesiae Thoraltensis nomine ipsius ecclesiae, ex altera, super eo, quod ipse dominus Comes quosdam *hospites* dictae ecclesiae punire volebat pro eo, quod in quendam *exercitum* ipsius Domini Comitis videlicet de Grantmont non ierant: item et super eo, quod dictus Dominus Comes Michaelem *hospitem* ipsius ecclesiae detinet obsidem seu in *guisele*, pro quadam discordia mota inter ipsum *hospitem* ex una parte et quendam *hospitem* dicti domini Comitis ex altera, dicto Domino contendente se praedicta posse facere jure suo, nobis autem contrarium asserentibus ex adverso et dicentibus: dictos *hospites nostros* dicto Domino Comiti ad aliquem *exercitum* non teneri, et etiam ipsum Dominum non posse hospitem dictae ecclesiae obsides seu in *guisele* detinere; immo praedicta omnia ad solam praedictam ecclesiam pertinere et ipsam ecclesiam fuisse et esse in possessione vel *quasi* omnium praedictorum: tandem ob reverentiam Domini Comitis antedicti et de ipsius legalitate confisi, volumus et consentimus, quod quantum ad casus speciales et expressos praedictos dictus dominus Comes inquirat *veritatem* super praedictis; qua recepta, ordinet, quoad casus praedictos expressos, quod de jure noverit ordinandum et haec quoad casus praedictos hac vice suae conscientiae duximus relinquendum, ratum et gratum habituri, quidquid fuerit de praedictis ordinatum per dictum Comitem antedictum. In cujus rei testimonium nos Johannes praepositus et Capitulum Thoraltense sigilla nostra praesentibus duximus apponenda. Datum anno Domini MCC. nonagesimo sexto, die Martis post annuntiationem Dominicam.

1) *Ex Archivo, Comit. Fland. Ruppelmund. nunc Flandriae Orientalis.*

Digitized by Google

XXXII.

König Philipp der Schöne bestätigt dem Probste und Kapitel von Sanct Donas in Brügge die Hoheitsrechte und die Gerichtsbarkeit über ihre Submansores in Brügge [1]). Im Jahre 1299.

Ph. dei gratia Franc. rex Baillivo Brugensi salutem. Sua nobis decanus et capitulum ecclesiae beati Donatiani Brugensis in nostra speciali gardia exeuntes conquestione monstrarunt quod cum ipsi et predecessores eorum super cunctos hospites suos in certis locis in villa Brugensi et circa Sinodam, altam et bassam justiciam habeant, et ea usi fuerint ab antiquo; scabini dictae villae Brugensis ipsos in jurisdictione predicta indebite de novo perturbare et molestare nituntur, jurisdictionem ipsam sibi attribuere satagentes, dictos quoque hospites suos in magnum ecclesiae suae praejudicium multimode molestantes. Ideoque mandamus tibi, quatenus, si vocatis evocandis tibi constiterit ita esse; dictos decanum et capitulum in suis justis possessionibus manutenens, dictos scabinos a molestatione et perturbatione predictis desistere justicia mediante compellas. Actum Parisius dominica post festum beati Ludovici, anno domini m. cc° nonagesimo nono.

XXXIII.

Vasallen und Zinsleute der Abtey von S. Peter in einigen Gegenden von Reichsflandern [2]). Vom Jahr 1321.

Homines feodales Ecclesiae Scti Petri Gandensis, et personae inferius nominatae fecerunt homagium dictae ecclesiae et domino Fulcroni abbati ejusdem Ecclesiae anno domini M°CCC° vicesimo primo in quatuor officiis et cetera.

In Pietha.

Johannes de Pietha (junior) x mensur. terrae arabilis: in quibus mansio sua sita est.

Item Idem in Wevelswale . . . xxii mens.
Johannes Donker . . . . . iiii mens. circiter
Jacobus Bastaerd . . . . . iiii mens. circiter
Johannes Beste . . . . . ij mens.(terrae arabilis).

1) Nach dem Originale im Archive von S. Donas in der S. Salvatorskirche zu Brügge.
2) Im Prov. Archive zu Gent.

Digitized by Google

In Wcelswale.

Henricus filius Johannis tenet duo plena feoda ab ecclesia. (Joh. ejus filius minor.)

Woubertus filius Walteri x mens. (plen. feod.)

Petrus filius Johannis filii Ser Lips duo plena feoda tenet (Joh. ejus filius pro eo).

Helewoud van der Batheleric x mens. c. virg. vel circiter, plenum feodum.

Lisebetta filia Johis Wlfs uxor dicti Helewoudi VIII mens. circiter, plenum feodum et dictus Elewoudus supradatus est tutor. Roelandus filius Roclandi ex Polre plenum feodum tenet et impetitur de duobus.

Johannes Zot XV mens. (plen. feod.)

Dominus Joh. Vlamine IX mens. (plen. feod.)

Henricus filius Willelmi XII mens. circiter (plen. feod.)

Domicella Aghata, uxor Hugonis Zoete de Ysendike IX mens. circ.

Jan Bachelcer VII m.

Balduinus de Lake de Scto Laurentio duo plena feoda.

Joh. filius Johannis filii Bodeloghen V mens. circiter.

Bouchoute.

Hugo Srof XI mens. terrae petit, de quibus XI mens. quidam duo homines sub se tenent IIII mens. Credo quod sit plenum feodum.

Willemskerke.

Everaerd van dor Milmen V mens.

Adelissa filia dicti Everardi VII vierendeel; ejus maritus supradatus est tutor.

Maria filia dicti Everardi VII vierendeel;

Joh. de Pietha junior supradatus est tutor.

Aghata filia XV mens. Idem Joh. supradatus est tutor.

Jacobus filius Arnouds LXXXV mens. plen. feod. et habet homines sub se.

Ysendike.

Joh. Zoete VI mens. jacentes in Moemke Wre:

Domicella Bela filia Hugonis Scornis een Hooftmunscip van Millen Tope et dictus Hugo supradatus est Tutor.

Hardus Hallinc V mens.

Woubertus Hallinc II mens.

Joh. Wlf IIII m. XCV Virg.

Balduinus de Lake de Scto Laurentio XII m. plen. feod.

Joh. Minne super certis fundis ibid. (III lib. part. circit. denuo dedit).

Boosteabliden.

Balduinus Vos de Scto Laurentio XLV m. circ. plen. feod.

Digitized by Google

Willelmus Awe, homo capitalis, et solvit receptori de Helmare LVI solid. annuatim relevatum; de morte praeterea c sol. paris.

Johannes Roemen homo capitalis et habet in suo capite LXI mens. circiter.

In Castellania Alostensi.

Herpe.

Arnold de Oesterzele quintam gherbam in uno bonario terrae arabilis jacentis t'Herpen: et idem Arn. legavit ecclesiae Scti Petri dictam quintam, postquam rebus fuerit exemtus humanis.

Munte.

Gerardus de Munte et habet sub se totam lineam consanguinitatis de Ruusbroech ad II den. annuatim et VI den. ad matrimonium et ad mortem cujuslibet XII den.

Domicella Bertini filia Willelmi de Berghe.

Hugo de Campine.

Anmerkung. Alle in Klammern gesezten Stellen finden sich auf dem Diplome mit anderer Hand und sehr blasser Tinte dem ursprünglichen Texte beigefügt.

Digitized by Google

Digitized by Google

D. Urkunden

über

Ministerialitätsverhältnisse,

besonders von

Villici, *Schulteti* und *Majores*.

Digitized by Google

Digitized by Google

XXXIV.

Villicus de Anetirs invadiat praesente et confirmante comite Theodorico varia jura et reditus Abbati Scti Petri pro XL marcis argenti anno 1163 [1]).

In nomine patris et filii et spiritus sancti.

Ego Theodoricus Dei gratia Flandriae comes sciens quod quicunque Deo servientibus defensor et adjutor fuerit et res eorum proficere fecerit, aeternam a Deo mercedem habebit; ne qua in posterum adversus veritatem exsurgat fraus vel injusticia, placuit nobis eorum, quae in praesentia nostra et baronum nostrorum apud Insulam gesta sunt, fideliter testimonium perhibere et praesentis privilegii scripto confirmare. Videlicet: qualiter dilectus nobis et venerabilis Abbas Scti Petri Gandensis Walterus a Jordano *Villico* suo de *Anetirs* consentientibus et laudantibus filiis suis, Waltero, Hugone et Dionysio et aliis propinquis eorum, ea quae idem Jordanus ab Abbate et ab ecclesia Scti Petri hactenus sive juste sive injuste habuit, feodo suo tantum excepto, XL marcas argenti ad terminum XL annorum invadiavit: ita ut post praedictum terminum ab ejus hereditario successore propria tantum et non aliena pecunia redimi possint, quae et hic describi et enumerari placuit. *Bladores* quos in horreo de Anetirs constituit, omne *groia*, omne *stramen*, omne *fimum*; *culturas*, quas ad dimidiam partem coluit, omnem decimam *lini*, unde duo mensalia annuatim solvebat: tres modios *silinginis* [2]), quos habuit de curia, XX *karrados* lignorum sive XXX solidos; cibum, quem tempore messis habebat in curia; pratum unum, unde duas *rasir.* frumenti solvebat: duos capones et IIII panes. *Relif* [3]), quod habere solebat; et de invadiatione sive venditione alicujus terrae avenam, quam equus ejus in messe singulis noctibus habuit, et ut molendinum auferat, quod ante portam habuit: unum modium avenae, quem in *natali die* de censu accepit: subtalarcs, quos tempore messis habuit et *tolniu* quod de villa habet.

Haec Jordanus Villicus de Anetirs consentientibus praedictis filiis suis et filiis fratris sui Lamberto et Odelino exfestucavit et ab-

1) Nach dem Originale im Prov. Archive zu Gent. 2) d. i. *Siliginis*.
3) *Relif* wohl für *relevium*?

Digitized by Google

juravit: et me fidejussore dato ad praedictum terminum, ciroteca mea pro intersigno accepta, per eam, quae praedicta sunt, mihi et Abbati in manibus obtulit. Huic rei, quae facta est *Insulae* anno dominicae incarnationis M°CLXIII hi testes interfuerunt.

Ego Theodoricus Dei gratia Flandriae Comes.
S. Philippi junioris Comitis.
S. Remaldi insulensis Castellani.
S. Rogeri filii ejus.
S. Balduini Botelgis.
S. Michaelis Conestabuli.
S. Liduini de Harnes.
S. Rotberti de Siclinio.
S. Alberti de Bondus.
S. Rogeri de Landort.
S. Huberti de Insula.
S. *Scabinorum* de Anetirs, Huberti de Quercum; Johannis Bardel; Wichardi de Croc; Dragonis de Prato; Hohnani de Hay, Ernulfi de Roolcart; Fulkeri de Villan;
S. Roberti praesbyteri de Anetirs.

XXXV.

Compositio inter Abbatem Sancti Petri Gandensis et Schaltetum de Afsne [1]). Annis 1168 et 1207.

Hugo Dei permissione dictus abbas sancti Petri Gandensis omnibus, qui viderint praesentem paginam, salutem in perpetuum. Innotescat praesentibus ac futuris, quod controversia inter ecclesiam nostram tempore domini Abbatis Hugonis primi et Gerardum filium Walteri Schaltetum de Afsna habita, judicio hominum ecclesiae sancti Petri diffinita sit, et scriptum exinde confectum fuerit in haec verba.

I. Ad posterorum scientiam instruendum et controversiae malum evitandum, opportunum videtur litteris tradere, quomodo Dominus Hugo, Abbas, in diebus suis, judicio hominum suorum definierit, quod Schaltetus de Afsna juris habeat, vel quod abbati debeat de silva, quae *Odevelde* sive *Menthot* dicitur, videlicet:

§. 1. Gerardus filius Walteri de tribus forestariis ad Odevelde pertinentibus unus est, et, licet consequenter eamdem forestariam de

1) Nach dem Originale im ostflandrischen Provincialarchive zu Gent. Eine Abschrift enthält auch das *Cartulaire noir* daselbst Fol. 67.

Digitized by Google

eo teneat in feudum Symon filius Balduini Potter; ipse Schaltetus Abbati de omnibus respondet querelis; et semper talis forestarius constituendus est ab eo et pro eo, qui hereditatem aliquam vel feodum teneat ab ecclesia sancti Petri, ut justitiam, si deliquerit, non subterfugiat.

§. 2. Idem nullum jus in eodem boscho habeat forestarius, scilicet non prius quam forestarios abbatis habere licuerit; sed de ramis succissorum lignorum et pandis et carbonibus tertiam partem accipiet.

§. 3. Nullam struem de lignorum collectione in eodem faciet bosco; sed ad cotidianum ignem, quod sufficit potest devehere.

§. 4. Ad reparandam propriam domum, proprium horreum, seu pontem quod sufficit sub testimonio idem Schaltetus ligna ibidem accipiet, et non ut vendat.

§. 5. Si abbati injuria illata fuerit in succisione lignorum vel in detentione pandorum, ad submonitionem Abbatis, ad defendenda jura ejus cum quinque scutis armatis egredi debet.

Haec dijudicata in abbatis Hugonis praesentia sunt anno Dominicae incarnationis MCLXVIII° judicio hominum ejusdem, quorum haec sunt nomina. Guillielmus de Dunza, Wetericus decanus Gandensis, Radulphus Azzekin, Balduinus de Alst, Balduinus de Vosberge, Guillelmus Snethe, Ghiselbertus Widelanke, Alexander de Valle. Testes Franco presbyter de Afsne, Ascelmus presbyter de Westerem, Balduinus Belroc de Maggline.

II. Successor nostro tempore, Balduinus Schaltetus de Afsne, praelibati Gerardi filius, se dixit in Menthot plus juris debere habere et hoc ipsum in judicio proclamavit.

Nos autem et jam dictus Balduinus compromisimus in quatuor homines monasterii nostri: videlicet Aegidium Odeghem, Balduinum militem de Leda, Balduinum militem de Locre et Willelmum Snede, ut diligentiori veritatis inquisitione facta, tam ecclesiae nostrae, quam praedicto Balduino jus suum exprimerent et assignarent. Contigit siquidem die quadam, quod, cum Balduinus miles de Leda nondum venisset, tres alii de assensu utriusque partis Willelmum militem de Denterghem sibi adjunxerunt, ut loco praefati Balduini substitutus una cum ipsis, parti utrique jus suum recognosceret et causam fine debito terminaret. Cumque super hiis inter eos sermo haberetur; supervenit Balduinus miles de Leda cum Willelmo milite de Denterghem, ab ipsorum colloquio non amoto; hii quinque viri prudentes, ea quae superiori scripto continentur ab antiquo veritati inniti asserebant. Caeterum quod postmodum munitatum fuerit reducentes ad memoriam, dixerunt:

§. 1. Quod Dominus Abbas Hugo, secundus, Sigero, marito dominae Avae, cujus erat hereditas, pro lignis ad cotidianum ignem

Digitized by Google

suum accipiendis de voluntate Balduini Schalteti de Afsna et consensu, praesente Sigero Castellano Gandensi et aliis quam pluribus, centum solidos dedit, et ad solutionem annuae pensionis centum solidos ipse Sigero et heredibus suis ecclesiam sancti Petri in perpetuum obligavit.

§. 2. Addiderunt etiam, quod si domus Schalteti de Afsna, horreum sive pons reparatione indigeret; hoc ipsum Schaltetus ad Abbatem veniens ei intimaret et tunc Abbas servientem suum cum Schalteto de Afsna, qui ruinam horum trium, domus, horrei et pontis intueretur et defectum, mitteret; ad Abbatem reversus hoc diceret eidem; et ex tunc Schaltetus ab Abbate licentiatus sub testimonio forestariorum abbatis in Menthot ligna, quae sufficiant ad reparandam domum, exceptis tegulis et asseribus, nec non ad opus pontis sui; praeterquam plancas, quibus pontes solent cooperiri, scindere poterit et asportare.

§. 3. Praeterea si schaltetus vallum suum munire, ut consuetudinis est, voluerit, minores postes qui vulgari nomine *hutposte* dicuntur, in Menthot accipere poterit.

§. 4. Calumpniabatur insuper Balduinus Schaltetus tertiam partem omnium proventuum de Menthot, videlicet tertium denarium, si ligna ibidem vendere contingeret; et de cespitibus fodiendis et de graminibus venditis et succisis similiter tertium denarium; et si Abbas aliquam partem terrae de Menthot ad facienda novalia sive prata ad usus ecclesiae suae sibi vindicaret, dixit idem Balduinus quod secundum quantitatem illius terrae deberet terrae de Menthot, quae illi terrae Abbatis in tertia portione responderet, ad usum proprium vindicare.

Praelibati itaque arbitri quinque calumpniam super his, quae praetexavimus, habitam diffinierunt in hunc modum: Quod si forte ligna venderentur de unoquoque bonario unum lodus secundum consuetudinem forestariorum domini Comitis per totam Flandriam daretur, et ex eo duae partes secundum numerum forestariorum in Menthot praeberentur Abbati et pars tertia in usus Schaltetis simili modo fieri deberet de denariis, si qui ex graminibus vel cespitibus provenerint, nisi Schaltetus portionem suam forestario suo ad calciamenta ei voluerit conferre. Ad haec dixerunt, quod Abbati liceret rationabilem partem terrae, ut ex ea ad usus ecclesiae sancti Petri prata fierent seu novalia, usurpare et circumfodere: ita tamen quod Schaltetus in hac juris sui detrimentum aut gravamen non nimium sustineret, nec quicquam terrae liceret Abbati conferre hominibus, ut eam excolant aut ibidem faciant mansiones.

Ut autem haec definitio causae praedictae rata sit in posterum et firmamentum habeat, praesentem paginam scribi et sigilli nostri

et appensione sigilli viri nobilis Michaëlis de Harnes, qui interfuit, roborari fecimus; nominibus eorum qui intererant annotatis:

S. Michaëlis de Harnes.
S. Henrici de Caneghem.
S. Malini de Mettre.
S. Bertraldi de Drocourt.
S. Aegidii de Odeghem.
S. Balduini de Locre.
S. Balduini de Leda.
S. Willelmi de Denterghem.
S. Willelmi Snede.
S. Lamberti Keghel.

Actum apud sanctum Petrum in Camera Domini Abbatis anno verbi incarnati MCCVIII°.

XXXVI.

De pace facta inter seniorem de Audenarde et villicum de Wodeke [1]). Anno 1212.

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus quod Ego A. de Aldenarde et W. villicus de Wodeke sub tali forma pacem fecimus. Quod idem W. VI bonaria in nemore de Lescines, quae de iure suo reclamabat, absolute mihi libera clamauit. In ancillis etiam et seruis, quos possidebat vbicumque aubanos habebam, nichil iuris se habere cognouit, excepta quadam muliere nomine Gelinde et successoribus suis, quos debet sanctae ecclesiae in elemosinam conferre. Preterea laudavit venditionem, quam Hugo Moke de aduocatione sua de Wodeka mihi fecit, de qua Symon de le Jonckiere homo suus ligius, sicut Hugo fuerat, sub titulo meo deuenit. Et quoniam idem W. in his omnibus mihi consensit, ego omnes tenuras quas contra aduocatum de Mainwaut et aduocatum de Wodeka usque modo libere obtinuit, sub recordatione scabinorum ei debeo saluare. Deinde secundum quod dictus W. homo est et villicus ecclesiae de Enda, debeo etiam ei saluare tenuras suas, si de eis inter ipsum et ecclesiam quaestio oriatur, saluo vtriusque iure, mediante iusticia. Et quoniam in omnibus supradictis bene et diligenter consensimus, contuli saepedicto W. lxv libras, xl super molendinum iuxta domum suam, quas ei debeo saluare. Et si forte ipsum molendinum redimatur de supradictis xl libris et de aliis xxv libris, debet saepe nominatus W. consilio Hugonis militis de Akerna et

1) Aus dem *Cartulaire rouge nro.* 9. im Archive der Rechenkammer zu Lille.

Digitized by Google

consilio Gossuini clerici de Aubeke aliquod liberum allodium aut aliquod feodum acquirere, quod ab ipso de me in feodum teneatur. Huius igitur pacis et concordiae tenorem ne malignantium iniquitas valeat infirmare, sigillo meo et testibus subscriptis feci praesentem paginam roborari. Signum Walteri de Sothenghien. S. fratris mei Guerardi Radoul. S. Arnulphi de Kevreng. S. Arnulphi de le Hamaide. S. Egidii de Stainfort. S. Arnulphi Le vilain. S. Gerardi de Miaunes. S. Willielmi de Eine. S. Rassonis de Miaugnes. S. Sockini de Nocre. S. Hugonis de Akerne. S. Terrici del Bruech. S. Egidii Caritate. S. Symonis del Jonkoit. S. hominum ipsius Willielmi dicti, villici de Wodeka. Actum anno uerbi incarnati M°CC° XII° mense aprili, in vigilia beati Marci euangeliste.

XXXVII.

De Jure Schalteti Monasterii Sancti Petri Gandensis in Niemunster [1]). Anno 1214.

Ego Arnoldus Dei gratia abbas ecclesiae beati Petri Gandensis, volo ut sciant universi Christi fideles tam futuri quam praesentes, quod cum diutina inter ecclesiam nostram ex una parte ventilata esset querela et *Kerstianum* schaltetum nostrum de *Niemunstra* ex altera parte super jure ecclesiae nostrae et jure praedicti schalteti, tandem in arbitros compromisimus Walterum praepositum de *Rusgeflita* et *Lambertum de Barla* et Ingeramum de *Niemunstra*, qui in hunc modum arbitrati sunt.

§. 1. In die nativitatis beati Johannis Baptistae cum *cellerarius* noster et praepositus de *Rusgeflita* Brugas venerint vel alter eorum, pro recolligendis reditibus nostris, quae ecclesiae in die illa debent persolvi, tenetur *Kerstianus* schaltetus noster de Niemunstra Brugas venire cum uno serviente eques et adducere secum garcionem pedes, qui cartas suas ferat, et budelum suum pedes, et per totam diem, quandiu redditus collegerint, moram faciet; et si redditus diei illius integri non fuerunt soluti, praedictus schaltetus tenetur praeposito et cellerario super eo, quod deest, satisfacere competenter in instanti, in denariis vel vadimoniis. Cellerarius quidem et praepositus vel alter eorum tenetur dare *budolo* octo denarios et garcioni quatuor pro eo, quod cartas attulerit.

§. 2. Schaltetus cum serviente suo et *garcione* et *budolo* cum cellerario et praeposito pernoctabit, et ipse scaltetus cum cellerario et praeposito in mensa honestam habebit refectionem, et ser-

1) Aus einer Handschrift im Provincialarchive von Ostflandern zu Gent.

Digitized by Google

viens ipsius et garcio et budolus cum servientibus cellerarii et praepositi reficientur absque vino et hoc semel in die.

§. 3. Duobus equis percipiet necessaria in foeno et avena, per noctem, licet nec cellerarius nec praepositus in die illa Brugis venerint. Cum tamen schaltetus pro faciendo servitio suo Brugis venerit, ipse et sui in nullo de praedictis tenentur debabere, sed integre percipere.

§. 4. Sicut arbitrati sunt de die Scti Johannis Baptistae sic arbitrati sunt de die Scti Donatii et de die Scti Martini. In reliquis vero quatuor diebus, scilicet sabbato post festum Scti Andreae, et circa purificationem Beatae Mariae, die quae praefigetur solutioni et circa medium Martii die solutioni praefixa, scaltetus cum serviente uno eques sine garcione et sine budolo; et ipse et serviens suus et equi sui cum cellerario praedicto modo sunt percepturi necessaria.

Et ne in posterum inter ecclesiam nostram et praedictum schaltetum et ipsius successores super praedicta causa oriatur controversia, praesentem paginam fecimus conscribi cum subnotatione testium, qui huic arbitrio interfuerunt quorum nomina sunt haec.

Walterus praepositus de Rusgeflita, Willhelmus cellerarius, Magister Willelmus de Brugis; Willelmus custos de Willerdia, Lambertus de Barla; Ingeramus de Niemunstra, Kerstianus Ingerami filius, et Johannes filius Walteri de Niemunstra, Theodoricus Grendel; Lambertus de Gruthuse; Woitenus de Avenhove, Barsel.

Et ad majorem hujus rei confirmationem praesentem paginam cyrographo et appensione sigilli nostri et appensione sigilli domini Cononis Dei gratia Abbatis sancti Bartholomaei in Brugis munivimus, ita quidem ut una pars scripti nobis permaneat et altera cedatur Kerstiano.

Ego Kerstianus adquievi arbitrio Walteri praepositi de Rusgeflit et Lamberti de Barla et Ingerami de Niemunstra, sicut in praesenti scripto continetur. Et cum proprium non habui sigillum, rogavi Dominum Cononem Dei gratia Abbatem Scti Bartholomaei Brugis, ut praesenti paginae sigillum suum apponeret, et apposuit.

Ego Cono Dei Gratia Abbas Scti Bartholomaei in Brugis ab utraque parte rogatus huic cedulae sigillum nostrum apposuimus. Actum Brugis Anno gratiae MCCXIIII mense Novembris in Octavis Scti Martini.

Digitized by Google

XXXVIII.

Conventio inter Abbatem Sancti Petri et villicum suum de jure Villicationis [1]). Anno 1230.

Noverint universi, quod cum controversia intervenisset inter Eustachium in villa sancti Petri Gandensis ex una parte et ecclesiam Beati Petri super jure, quod, dictus villicus se habere dicebat ratione villicationis suae; tandem per probos viros de consensu partium amicabiliter fuit compositum in hunc modum.

§. 1. Villicus habebit in Augusto de cultura per duos dies, quolibet die *prandium* una cum *scopone vini*, pro prandio duos panes hospicii, sex *allecia* vel *octo ova* vel frustum carnium cum scutella pulmenti. De prato similiter per duos dies prandium cum *scopone* vini, sicut supra dictum est, et quotienscumque monitus fuerit in Augusto de praeposito vel a nuncio ipsius; debet venire et facere officium suum.

§. 2. Quando cultura fimatur et quando seminatur et in die natalium domini et in die Pascae, in die Pentecostis, in die beati Remigii, in die omnium Sanctorum debet habere quolibet die dictorum dierum prandium cum scopone vini.

§. 3. Quando praepositus colligit in die beati Dionysii et die subsequenti *denarios* mansionum sive culturae in villa Scti Petri; debet villicus comedere cum scabinis.

§. 4. Quando colligitur decima agnorum, debet habere villicus solum agnum nec meliorem nec pessimum.

§. 5. Quando colliguntur denarii de mansuris et quando recipiuntur redditus de *Hadenghem* et de Alst et cum ipse Villicus promulgat edicta in facie ecclesiae, licet plurima promulgaverit edicta, et quando pandat cum scabinis villicus, licet in pluribus locis pandaverit, nihil habebit villicus, nisi prandium sine vino.

§. 6. Et omnia prandia sua et vinum suum potest mittere ad hospitium suum, si velit.

§. 7. Si vero aliquis sit in forefacto erga praepositum: qualecunque sit forefactum, villicus cum arestare et capere poterit sine praeposito vel nuntiis suis et sine scabinis: sed debet ipsum custodiae praepositi commendare; et servientes praepositi similiter ipsum capere poterunt sine villico et scabinis.

§. 8. Quando etiam villicus circuit clausuras, habet prandium sine vino.

---

1) Aus einem Zinsbuche des 13. Jahrh. des Klosters St. Peter in Gent, jezt im ostflandr. Provinzialarchive daselbst Fol. 22.

Digitized by Google

§. 9. Debet etiam villicus, quando pratum falcatur; habere falcatorem in prato et unum carratum feni vel octo solidos pro feno.

§. 10. Si vero aliquem arrestari contingerit per scabinos et per villicum pro debito: villicus debet eum custodire, donec scabini judicium de eo dixerunt. Et si convictus fuerit, villicus debet eum reddere coram scabinis de ipso conquerente.

§. 11. Si vero aliquis pro forefacto nondum a scabinis judicato vel terminato captus fuerit; villicus eum tenebit in prisonia sua per tres dies. Tertia vero die debet eum ducere coram praeposito et scabinis et reddere eum praeposito vel famulo ejus ad hoc deputato.

§. 12. Et si necesse fuerit, et praepositus a villico requisitus fuerit: praepositus debet ei ferrum et prisoniam ministrare: et si aliquis e prisonia evaserit villici; villicus debet praeposito de ipso captivo evaso ad plenum respondere.

§. 13. Jus autem villici est, de quolibet captivo habere duodecim denarios et praeterea quatuor denarios de ferro.

Et quolibet die de quolibet captivo debet praeterea habere sex denarios pro sua comestione.

§. 14. Si vero aliquis manens in villa Scti Petri vel extra villam petat, aliquem arrestari secundum legem villae, villicus debet illam facere arrestationem sine pretio conquerentis.

Ut autem ea, quae superius dicta sunt, firmitatis robur obtineant in posterum; ego Godefridus decanus Gandensis ad instantiam abbatis Scti Petri Gandensis et Eustachii villici praesens cyrographum sigillo meo in testimonium roboravi. Actum anno Domini, millesimo ducentesimo tricesimo.

XXXIX.

Compositio de jure villici de Leden [1]). Circa annum 1232.

A. [2]) Dei gratia abbas et conventus sancti Petri Gandensis universis praesentem paginam inspecturis in perpetuum.

Cum inter nos et Eustachium villicum curiae nostrae de *Leden* super quibusdam articulis multiplex fuit orta dissentio; tandem ex consensu partium in formam subsequentem, per inquisitionem seniorum factam et probatorum virorum consilio approbatam convenimus. Est enim forma talis.

1) Aus demselben Zinsbuche Fol. 7. V. 2) d. i. *Arnoldus I. vel II.*

Digitized by Google

§. 1. De construendis aedificiis videlicet de domo, de horreo, de stabulo, de porta habente limen et superliminare, tres postes et duo hostia.

§. 2. De jumentis alicujus agri dominici necessariis de aratris et rastris et omnibus instrumentis araticis et de fossatis circa curiam contra incursum canis et lupi valentibus, de seminibus et omnibus hiis et etiam de avenâ, quae jumentis opportuno tempore apponitur, debet praepositus duas partes sumptus et villicus tertiam competenter providere: ita quod praepositus duas partes annonae de agro dominico et omnes decimas, excepto, quod villicus habito secum serviente ipsius praepositi, qui per tempus messis in expensis praepositi in Curiâ morari debet; pro decima easdem decimas carriabit. De minutis etiam decimis ipse villicus decimam partem habebit.

§. 3. Fenum et stramina in curiâ integra permanebunt ad usum jumentorum in terrae fimatione; quod si aliquid de hiis contigerit, praepositus duas partes et villicus tertiam retinebit. Nec praepositus aliquas faciet expensas ad fenum falcandum vel colligendum, sed villicus, qui nummos falcarios recipit.

§. 4. Praeterea de clausura sepium v denarii ad hoc statuti et [1]) arbores circa terram crescentes non suffecerint, praepositus tenetur providere materiam, et villicus de loco assignato domum cariare et sepetem construere.

§. 5. Temporibus fimationis et agriculturae debet praepositus operariis victum, debet etiam villico ter in anno communes vel quatuor denarios pro canibus et victum quoties aliis ministris hospitalitii superioris. . . .

§. 6. Praepositus debet habere omnes redditus praeter IV pullos et IV denarios, qui sint villici et villicus habebit cibum in die, quo redditus recipiuntur.

§. 7. Debet etiam villicus sancti Petri duos batores in curia de *Leden* et villicus de Leden tertium, qui debent triturare anonam pro decimo vase triturato et purgato.

Nos igitur ne quis in posterum hanc formam possit infirmare et praesenti cirographo contraire, sigillorum appensione et testium subscriptione praesens scriptum studuimus corroborare S. Balduini de Alst; S. Walteri Snede; S. A. Villici de Maldegem. S. Th. de Pote. S. Joannis de Dicle. S. Bald. de Crombrugge. S. Egidii de Uke.

Hic deest annus incarnationis et sigillum conventus, solum sigillum abbatis pendet [2]).

1) Hier fehlt *si*.

2) So in der Handschrift.

Digitized by Google

XL.

Privilegium de Gilberto scutellario domus Hospitum [1]). 1247.

Notum sit universis tam praesentibus quam futuris, quod cum controversia verteretur inter Abbatem et conventum ecclesiae Sancti Petri Gandensis ex unâ parte et Gilbertum scutellarium domus hospitum ejusdem ecclesiae ex alia; tandem post multas altercationes, domino Johanne de Scalda tunc temporis abbatiam regente et Sigero de Sotteghem monaco, ecclesiae ejusdem praeposituram gubernante, tam dicti abbas et conventus quam dictus Gilbertus, dicto hominum dictae ecclesiae qui vulgo *heusghenote* nuncupantur, staro solenniter promiseruut in hunc modum: quod dicti homines jus ipsius Gilberti, quod se habere dicebat, in dicta domo ratione scutellariae suae et servitiorum, in quo ratione illius juris praefatae ecclesiae teneretur, dictum habentes prae oculis irrevocabiliter declararent, qui homines habita super hac deliberatione competenti, cum illud officium spectet ad illorum declarationem, in hunc modum declaraverunt: Scutellarius ignem afferre debet et parare in coquina domus hospitum. Item deferre debet viscera piscium et testas ovorum, ubi praepositus voluerit vel ipsius magister famulus, infra ambitum muri ejusdem ecclesiae; omnia servicia sua facere tenetur infra ambitum muri. Item omnia vasa pertinentia ad coquinam lavare debet et munda tenere et custodire ne amittantur. Et si aliquod vas amissum fuerit ipse tenetur ad restitutionem; sed dominus tenetur eidem providere in firma clausura. Item aquam et turbones, de quibus necesse habetur, in coquina debet scutellarius assumpto secum alio afferre in coquinam. Sed coram hospitibus, ubi ipse jus suum recipit, debet ipse solus aquam et turbones ministrare. Item scutellarius debet afferre scutellas suas in domum, ubi hospites comedunt et stare, ubi magister famulus ipsi locum assignat, nec mensis appropinquare, dum comeditur, nisi a duobus vel ab ipsius magistro famulo fuerit vocatus. Item scutellarius debet mundare tres areas, aream hospicii cum camera annexa, et aream expensae et aream coquinae, et de qualibet area debet habere cibum suum cum pane et stopum [2]) cerevisiae et ista mundatio debet fieri, quotiescunque voluerit dominus. Item cum pulmentum paratur in dicta coquina, scutellarius debet habere pulmentum suum et panem unum et ferculum unum,

1) Mit der Ueberschrift aus dem *liber censualis* des 15. Jahrh. von Sct. Peter zu Gent fol. 22.

2) Flam. *Stoop*, deutsch *Schoppen*.

Digitized by Google

neque de meliori, neque de viliori, quale ponitur ante duos hospites, et si pauca ponantur fercula, quae suffiocre non possunt omnibus supervenientibus, nihil inde habebit scutellarius, sed dabuntur ei ova, caseus, vel halec. Item scutellarius debet habere omnia fragmenta remanentia ante comedentes et panes ultra medietatem comestos; in integro pane, in integro ferculo, in integro pisce, in integro ovo nihil juris habebit scutellarius. Nulla fercula minus, quam medietatem comesta remanentia coram hospitibus vel famulis, ubi scutellarius servit cum scutellis suis et ubi praepositus custum facit, debet habere scutellarius; sed de hiis magister famulus suam faciet voluntatem. Item comedentes ad mensam fercula sua mittere possunt, ubicunque volunt, et famulus serviens ad mensam de ferculis positis ad mensam dare potest, ubi sibi viderit expedire; sed scutellarius ista contradicere non potest. Item scutellarius debet habere cum cocis in vigilia Nativitatis domini, in vigilia Paschae, in vigilia Pentecostes et in praefesto beati Michaëlis stopum cerevisiae, companagium et panem unum et quatuor diebus sequentibus cibaria sua, sicut coci, et si non venerit, nihil habebit, nisi causam honestam ostendere poterit. In carnificio, in pascha, in natalibus domini debet habere scutellarius frustum carnis vel quatuor denarios et dominica in quadragesima debet habere stopum cerevisiae unum panem et companagium.

Ego Johannes decanus christianitatis in Gandavo [1]) ad instantiam virorum religiosorum abbatis et conventus Sancti Petri Gandensis, et ad preces Gilberti scutellarii praesentem cartam sigillo meo roboravi. Acta sunt haec anno dominicae incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, mense Majo, in vigilia Paschae. Nominibus hominum dictae ecclesiae, qui istam fecerunt declarationem, inferius subnotatis.

S. Theodorici dicti magistri.
S. Bald. Snede.
S. Gerardi marescalchi.
S. Gherardi Honghenaden.
S. Theodorici Brassarii.
S. Gilberti de Alst.
S. Roberti de Maegh.
S. Balduini Willecome.
S. Walteri Witte, quondam coci,
et multorum aliorum.

Legitur in margine:

„Nota, quod pars istius cyrographi sigillata est sigillo decani

1) Nemlich *decanus ecclesiae sctae Pharaïsais.*

Digitized by Google

christianitatis Gandensis; reliqua vero pars sigillata est sigillo abbatis nostri, et illam habet Gilbertus scutellarius."

XLI.

Vergleich über die Rechte der *majorissa* in *Curte Dicle* zwischen dem Abt und der *majorissa* Margaretha und ihrem Ehemanne [1]). Im Jahr 1249.

Universis praesentes litteras visuris Gerardus de Raseghem miles, advocatus de Dicle, salutem in domino. Noverit universitas vestra, quod Ego interfui et vidi concordiam redactam in scriptis inter ecclesiam Scti Petri Gandensis ex una parte et Margaretham majorissam curtis de Dicle et *Balderi de Scure* ejus maritum ex altera, cujus scripti tenor talis est:

Universis praesentes litteras visuris *Sygerus de Sottenghem,* praepositus Scti Petri Gandensis, Reinerus de *Suinarde* scalthetus et *Theodorius* dictus magist. salutem in domino. Noverit universitas vestra, quod cum inter ecclesiam Scti Petri Gandensis ex una parte et Margaretham majorissam curtis de Dicle et ejus maritum Bald. de *Scure* ex altera, super jure dictae majorissae et ejus mariti, quod petebant in curte de *Dicle* ratione *majoriae* suborta fuisset materia quaestionis: Tandem post multas altercationes praedictae partes in nos concorditer compromiserunt sub poena centum libr. Flandriae parti observanti arbitrium vel dictum nostrum a parte, quae arbitrio vel dicto nostro contraire praesumeret, solvendarum: ita quod quidquid nos super praemissis arbitrando componendo vel ordinando proferremus, utraque partium sub poena praedicta observare inviolabiliter teneretur.

Nos autem dictis partibus vocatis coram nobis, auditis etiam et intellectis iis, quae dictae partes coram nobis proposuerunt, testibus, quos utraque partium coram nobis producere voluit, juratis et diligenter examinatis: inquisita diligentius veritate, arbitrium nostrum dicimus et in hunc modum concorditer ordinamus, videlicet:

§. 1. Quod dicta majorissa et ejus maritus debent habere in qualibet cultura curtis de Dicle quinque Jornalia terrae, quae eadem majorissa et ejus maritus tenentur suo proprio semine semi-

1) Aus dem Orig.Diplome im Prov.Archive zu Gent.

Digitized by Google

nare: sed hospites excolere debent dicta quinque jornalia, sicut et excolunt culturas curtis antedictae.

§. 2. Item dicimus, quod dicta majorissa debet habere tertium *flagellum* in Grangia de Dicle ad flagellandam omnem annonam, tam decimarum, quam culturarum, ad decimum vas eodem modo mensuratum, sicut praepositus dictae curtis recipit novem vasa mensurata.

§. 3. Item dicimus, quod eadem majorissa et ejus maritus pro collectione et deductione decimae de Dicle in horreum debent decimam gerbam praecipere rationabilem.

§. 4. Item dicimus, quod eadem majorissa et ejus maritus debent excolere ad medietatem et suo semine seminare duo bonceria prati arabilis jacentis apud Cnapenharde et unum bonerium apud Hasselt et ducere in horreum de Dicle. Debent et inde habere stramina paleas, et vanaturas [1]), quae vulgariter dicuntur *Crienchen.*

§. 5. Dicimus etiam, quod praefata majorissa et ejus maritus debent consumere et expendere stramina paleas et vanaturas in curte de Dicle cum bestiis curtis ejusdem.

§. 6. Item dicimus, praefatam majorissam et ejus maritum nullum jus habere in tertio flagello, cum tenentur flagellare vel citurare [2]) ibidem fructus provenientes de terris dictae ecclesiae, quas hospites ejusdem ecclesiae excolunt per medietatem.

§. 7. Dicimus etiam, quod eadem majorissa et ejus maritus non tenentur habere *sulcos,* qui vulgariter dicuntur *hoftvoren* [3]), ad pasturam dictae ecclesiae et suorum, sed praepositus faciet dictos sulcos excolere, ita longe sicut vult; sed majorissa et ejus maritus potest sciare herbas illorum *hoftvoren,* qui non sunt arati: nec potest immittere vel pasci pecora sua in dictis *hoftvoren,* quamdiu fructus et segetes dictae ecclesiae sunt supra campum.

§. 8. Item dicimus, quod majorissa et ejus maritus non tenentur habere ortum [4]) in culturas ecclesiae memoratae.

§. 9. De puteis stantibus ante domum praefatae curtis dicimus, quod praefata majorissa et ejus maritus habebunt eosdem, sub hac forma, quam quondam abbas ecclesiae praedictae et praepositus dictae curtis; poterunt in eisdem piscari dum veniunt ibidem ad prandendum vel cenandum.

§. 10. Item dicimus, quod praepositus dictae curtis tenetur eidem majorissae et ejus marito deliberare duo jumenta, quodlibet valoris quinquaginta solid. Flandr. et majorissa et ejus maritus

---

1) *V. Ducange voce Vanatura*, die Spreu.
2) So in der Urk. — es soll heifsen: *triturare*, dreschen. Zu vgl. *Ducange h. v.*
3) Hauptfurchen in kleinen Gräben. 4) d. i. *hortum.*

Digitized by Google

tertium jumentum ejusdem valoris. Debet et idem praepositus deliberare [1]) eidem majorissae et ejus marito compedes ad dicta jumenta: hoc notato, quod, si contingeret dicta duo jumenta vel unum eorum extra compedes remanere aut amitti, vel si contingeret, dicta jumenta vel alterum eorum mori aut laedi in servitio dictae majorissae et ejus mariti; eadem majorissa et ejus maritus deberent, dicta duo jumenta vel unum corum aeque bene solvere et resarcire: et cum dictis tribus jumentis debent culturas curtis *the Heghene* et arare sulcos dictos *Hoftvoren* et adducere ligna ad sepiendum culturas memoratas.

§. 11. Item dicimus, quod praepositus tenetur eidem majorissae et ejus marito dare triginta halstra medietatem siliginis et medietatem avenae: per veterem mensuram.

§. 12. Dicimus et, quod praepositus debet singulis annis dare praefatae majorissae et ejus marito dimidium modum siliginis pro expensis unius servientis in messe, hoc notato, quod si praepositus ibidem plures servientes habere voluerit, hoc poterit facere in propriis expensis.

§. 13. Item dicimus ipsam majorissam et ejus maritum nullum jus habere in gerbis disligatis.

§. 14. Dicimus, quod praepositus debet dare dictae majorissae et ejus marito ad pascendos hospites fimum deducentes, duo halstra *siliginis* et tria halstra *monds* [2]) et 1 virtale pisarum et unum caseum duorum solidorum et nihil aliud. Sed pro hoc debent dicta majorissa et ejus maritus dictis hospitibus in necessariis suis, quantum ad prandendum providere.

§. 15. Item dicimus, quod idem praepositus debet deliberare ligna, quae vulgo dicuntur *Riserin* [3]), ad sepiendum culturas. Sed majorissa et ejus maritus debent eadem deducere cum communibus jumentis ad locum, ubi culturae dictae curtis debent sepiri.

§. 16. Dicimus etiam, quod majorissa et ejus maritus potest ducere tertiam partem fimi, ubi volunt, sed non potest vendere.

§. 17. Item dicimus, quod praepositus debet facere duas partes custis et majorissa et ejus maritus tertiam partem de domo, in qua manebunt, et similiter de grangia curtis antedictae. Sed in dicta domo erunt stabulum et solum [4]). Et sciendum, quod de *Gly*, quod fieri potest de gerbis et straminibus venientibus in dicta curte tegentur et coopinientur dictae domus et grangia; praepositus tenetur duas partes et majorissa et ejus maritus tertiam partem.

§. 18. Item dicimus, quod praepositus tenetur facere rationa-

1) Gallicismus *delivrer*. 2) *Mond's*, so in der Urkunde.
3) Auf deutsch Reiser. 4) *Solum* für *Solrum*, Solder, Speicher.

Digitized by Google

biliter *Teien*[1]) et si majorissa et ejus maritus velint, potest recipere *den Tei* et hoc infra triduum; si autem intra triduum non receperint, praepositus de segetibus suis poterit ex tunc suam facere voluntatem.

§. 19. Item dicimus, quod praepositus potest plantare salices et alias arbores circa terras et culturas dictae curtis, si velit; et dicta majorissa et ejus maritus non poterunt nec debent dictas arbores exstirpare vel truncare, nisi ad utilitatem sepium dictarum culturarum.

§. 20. Item dicimus, quod praepositus dictae curtis vel ejus nuntius tempore messis et quamdiu seges ipsius erit in grangia dictae curtis et etiam, quamdiu tituratur[2]) et tenetur claves dictae grangiae custodire et tenere. Hoc notato, quod quando seges proveniens de terra dictae majorissae et ejus mariti ducitur ad grangiam, nuntius dicti praepositi debet grangiam aperire et in aliqua parte aut angulo dictae grangiae suam segetem collocare. Sicut diximus de clavibus grangiae tenendis, eadem dicimus de clavibus solii domus memoratae.

§. 21. Item dicimus, quod praepositus poterit ad commodum suum, quando voluerit, in dicta grangia suam segetem triturare: ita quod praepositus faciet triturare per quindenam et majorissa et ejus maritus per octo dies facient *Silr* triturare.

§. 22. Praedictae vero partes arbitrio et dicto nostro sic placito statim ipsum arbitrium et dictum nostrum ratificantes sub poena praefata coram nobis observare firmiter promiserunt. In cujus rei testimonium praesentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda.

Nos vero J. divina permissione abbas Scti Petri Gandensis pro ecclesiae nostrae ratificatione praemissorum sigillum nostrum una cum sigillis dictorum arbitrorum praes. litter. duximus apponendum, testibus, qui interfuerunt, inferius annotatis. Dominus Gerardus de Rasenghem, dominus Rolinus de Tewerghem. Dom. Ger. de Steenhuse, dominus Robertus de Rasenghem milites; Bald. de Alost, Bald. sueda, Gerard. Mareschalchus, Willen filius Heyne, Will. N.sere, Magister Daniel de Harlebeca, Gisbertus de Afsne et multi alii.

Actum et datum anno Domini M°CC°XL° nono, mense Martio.

Ego vero Gerardus de Rasengem miles ad petitionem dictarum partium praesenti scripto sigillum meum duxi apponendum.

---

1) Teiin. 2) *Triturat.*

Digitized by Google

Datum et actum feria tertia post ramos palmarum anno domini M°C.C°XL° nono.

XLII.

Jura Coqui Sancti Petri Gandensis [1]).

Coci de quatuor halstariis habebunt duos lopinos communis farinae, quae appellatur *besvink*, et hanc accipiant, sicut majores pistores accipere solent. Quod si dominus probare voluerit, probabit. Dum cybariae parabit, cibum suum inde habebit, quod tamen nulli parare licet nisi ipsis. Quando paratur pulmentum et carnes, jus eorum est habere, quantum ponitur ante duos homines, neque de meliori neque de deteriori. Quando pisces parantur, tantum eis datur, quantum duobus praeponitur neque de melioribus, neque de deterioribus; et semper accipient portionem suam per nuntium domini. Si pauca parantur cybaria, quae non possint omnibus sufficere, nihil indo habebunt, sed dabuntur eis ova vel caseus. Si dominus abbas vel aliqui majores hospites, *possibum* [2]) dominorum venerint, quibus cocos cibaria praeparare oporteat, inde portionem suam habebunt; Quod si *cybara* [3]) tanta parata inveniantur, quod non oporteat parare, nichil habebunt. Si tot ac tanti veniant hospites, quod cocus unus non sufficiat ad cybaria praeparanda, per dominum vel ministrum ejus, advocabitur alter cocus ad succurrendum, et tunc uterque portionem suam habebit. Si carnes cocuntur, sagim [4]) cacabi mittetur in pulmentum; si quid superfuerit, famuli, si voluerint, panem suum superofferre poterunt, quod si quid ulterius superfuerit, *quocis* [5]) deportare licebit. In vigiliâ natalium domini, in vigilia paschae, in vigilia pentecostes, in praefesto beati Michaëlis datur utrique coco, villico, scutellario, portario, stopus unus *serviciae* [6]), panis unus, et companagion, et omnes isti, quatuor sequentibus diebus, cybaria sua habent in domo, si tunc venerint. Quod si non venerint, non habebunt; nisi honestam causam ostendere potuerint. In nativitate domini et in pasca habent coci carnes et nummos ad *subtilares* [7]). In privicarnio dantur eis carnes; in dominica quadragesima stopus cervisiae, panis unus, et compagium. Quando coci parant *bacones* [8]), ipsi habent eam partem porci, quae appellatur *halsknoc;* caudam vero habet subulcus,

1) Aus dem *liber censualis Scti Petri Gandens.* 2) *post cibum.* 3) Statt *cybaria.*
4) *Sagimen.* Zu vrgl. *Ducange h. v. T.* 5. *p.* 46. 5) Statt *cocis.* 6) *Cervisiae.*
7) d. i. *subtalares — calcei.* Zu vrgl. *Ducange voce subtalaris T.* 6. *p.* 826.
8) *Porcus salitus.* Zu vrgl. *Ducange h. v. T.* 1. *p.* 916.

Digitized by Google

s,.....[1]) de interioribus porci dabunt coci domino quinque boëllos ad salsugias, et totidem ad andullias, et stomachum et linguam et cor. Dominus dabit necessaria et ipsi parabunt ei salsugias et andullias et in parando habent ipsi cibaria. De porcis scaldatis, habent coci *halsknoc*, caudam, et partem, quae dicitur *ambine*. De interioribus habebit dominus, quantum voluerit. Residuum erit coci. Si paraverit cocus scaldatum post coenam, habebit cibaria sua. De arietibus et agnis habebit cocus *halsknoc* et partes, quae appellantur *bouten*; de interioribus accipiet dominus, quantum solet ad cibaria. Parando, residuum habebit cocus. De avibus nihil habet cocus nisi plumas; de anatibus autem habet cocus et plumas et omnia interiora. Dum carnes emuntur in oppido, si partes, quae ad cocum pertinent, cum eisdem carnibus afferantur, cocus eas habebit. Si coquitur scaldatus siue pulmentum, cocus sanguinem habebit; de piscibus, de *cabeliavis*, *scelviscis*, de *pladisis*, si tamen tantae sint, quod decapitari debeant, de *anguillis*, inde habet cocus caput, rationabiliter tamen abscisum; in jecore autem nihil habet. De *achtinghe*, de *prece*, de *mesledo*, habent coci et disnarium et etiam cibarium. In coena domini habet uterque cocus cibum unum. Si magtantur boves, quotquot fuerint, dominus eligit, quodcumque voluerit, tertiam partem et intestina illius tertiae partis sua erit, quam et cocus parabit acceptis sumptibus a domino et in parando cibaria sua parabit. Residuum coci habebunt. Partes, quae appellantur *Undergheren*, cocorum sunt. Partes vero, quae dicantur *netten* et *nerebedden*, domini erunt. Quando truncantur carnes, habeat coci *halsknoc*, et caudas et isbeen. In truncando, in salliendo cibaria habebunt.

XLIII.

Jura Spicuarii Sancti Petri Gandensis [2]).

Cum controversia esset inter praepositum et spicuarium de famulis domini abbatis, missis absque abbate in negotiis ecclesiae, qui pernoctabant extra monasterium per unam noctem vel amplius: Ordinamus, quod accipiant avenam eundo et redeundo ad praeposituram absque cibo; garsiones vero habeant cibum eundo et re-

1) Eine im Diplom absichtlich durchstrichene Stelle.

2) Aus einem Manuscript: *Redditus Cellerariae S. Petri juxta Gandavum* S. 13. pag. 240.

Digitized by Google

deundo competenter, panem autem habeant, qualis ibi coquitur. Spicuarius autem habebit avenam ad praeposituram eundo et redeundo, ubicumque pernoctaverit .....[1]) et famulus suus et unus garcio cibum. Ordinamus etiam, quod garsiones et famuli extranei habeant inter duos unum panem, si bis comeditur in die, feriis autem sextis et omnibus jejuniis habeant panes integros a dicto praeposito; de residuo autem pane providebit eis refectuarius. Si vero contingat, quod aliquis famulus vel garsio in die, quando bis comeditur, recedat post primam refectionem praepositus dabit unicuique panem integrum; similiter si aliquis de nocte venerit et in mane recesserit, dictus praepositus dabit ei panem integrum.

1) In der Abschrift steht *abeque otersam et desle.*

Digitized by Google

Digitized by Google

E. Die ältesten Criminalregister

des

Klosters St. Peter bei Gent.

Aus dem dreizehnten Jahrhundert.

Nach officiellen Abschriften verfertigt auf Befehl des Abtes im fünfzehnten Jahrhundert.

Digitized by Google

Digitized by Google

XLIV.

Copiatum a quodam parvulo rotulo sub Domino Abbate Sancti Petri juxta Gandam existente involuto in veteri registro, de quo supra.

1. Johannes del Folie interfecit hominem apud Bosenghem infra justiciam Sancti Petri. Gerelmus ballivus Abbatis per judicium combussit domum dicti Johannis. Hoc fuit circiter XLII annis.

2. Johannes Bonie interfecit Julianum ibidem et dominus Walterus de Rellenghem ex parte Abbatis per judicium combussit domum suam. Circiter XL annis et amplius.

3. Item Petrus fuit ibidem convictus de incendio, et domus ipsius ex parte Sancti Petri per judicium fuit combusta per Willelmum de Utrecht *Ballivum* [1]) Sancti Petri. Circiter XXXIII annis vel amplius.

4. Item Willelmus Blief, hic interfecit quemdam hominem, ipse — [2]) fuit facta justicia et domus sua incensa. Circiter — [3]) amplius.

5. Item Johannes Sanga fuit convictus de furto per Adam Amannum Scti Petri. Circiter XXXIV annis.

6. Item Vicentius fuit ibi convictus de furto et ([4]) ....tus per Adam Amannum Scti Petri. Circiter XXVIII.

7. Item Willelmus Suartere convictus fuit ibidem de. ([5]) ....pensus ibidem per Amannum Scti Petri praedictum, circ.

8. Item Petrus Andreae fuit ibidem captus et convictus .... et vivus sepultus per Arnoldum de Zwinarde Ballivum Scti Petri ... XX annis.

9. Item Leonius convictus ibi fuit de furto et fuit vivus sepultus per Adam Amannum Scti Petri. Circiter XVII annis.

10. Item Gibertus Anerecht convictus fuit de interfectione cujusdam mulieris, et fuit bannitus per Amannum domini Abbatis anno uno elapso.

11. Item puer quidam fuit inventus interfectus: veritas fuit inde facta ex parte Abbatis. Baldus Andreae fuit inde protractus

1) fehlt in der Handschrift. 2) eine Lücke. 3) gleichfalls.
4) gleichfalls. 5) Es fehlt etwas.

Digitized by Google

et bannitus per Amannum secundum legem villae. Circiter XLIII annis vel circiter.

XLV.

Copia cujusdam rotuli existentis in firma scabinorum villae Scti Petri juxta Gandam continentis quam plura ac diversa expleta, executionesque et emendas ac de forisfactis compositiones, praeposituram Scti Petri praedicti tangentes et per eosdem scabinos domini Abbatis Scti Petri juxta Gandam, ad copiandum concessi anno domini millesimo quadringentesimo septimo (1407) mense Marcii die XX.

Incipit copia dicti rotuli.

1. Heinricus dictus Rex [1]), filius Immae de Lovanio, opidanus Gandensis, interfecit in villa Sancti Petri Gandensis in loco, qui dicitur *Pasternake*, Claise de *inter duos wallos*, opidanum Gandensem, fratrem Willelmi de ultra Lisam. De illo homicidio fuit dictus Heinricus exlex judicatus per judicium scabinorum villae Scti Petri praedictae. Postea fuit apud *Langenacken* arrestatus et per ballivum Scti Petri villae praedictae apud Sctum Petrum ductus et confestim, ipso ibidem ducto, fuit tractus equis et in patibulo suspensus.

2. Boitinus Wissel, opidanus Gandensis, abscidit et truncavit crines Kerstinae, sororis Robberti, dicti Mach, a capite ipsius vi contra ipsius voluntatem cum canipulo et vulneravit eam cum eodem canipulo: deinde exlex factus fuit per judicium scabinorum villae Sancti Petri Gandensis.

3. Nicholaus Contar, opidanus Gandensis, exlex de morte Bartholomaei, filii Irkildis, ex eo, quod dictus Nicholaus interfecit dictum Bartholomeum in domo sua, et confestim arsit domum praedictam.

4. Johannes, filius Linardis, opidanus Gandensis, interfecit Heinricum Huterlove, opidanum Gandensem, in dominio Scti Petri, prope patibulum dicti loci in publica strata, cum idem Heinricus peram et baculum assumpserat versus terram sanctam. De dicto

1) *Diericx* T. 1. p. 67.

Digitized by Google

homicidio fuit dictus Johannes exlex factus per judicium scabinorum villae Scti Petri Gandensis.

5. Georgius Aurifaber opidanus Gandensis interfecit Walterum filium Diedewaren in publica strata in inferiori cultura in dominio Scti Petri. Deinde fuit dictus Georgius exlex factus de morte dicti Walteri.

6. Johannes Spoelmaekere, opidanus Gandensis, interfecit unum alium Spoelmaekere extraneum, Gerardum de Tornaco nomine, in nova platea in villa Scti Petri quadam nocte pro eo, quod leviori pecunia vendidit opus suum, quam ipse interfector. Et fuit convictus de morte ipsius et exlex factus per judicium scabinorum Scti Petri. Postmodum intravit idem Johannes opidum Gandense et Baldus Cocker, Ballivus Sancti Petri, hoc percepit: arrestavit illum et callingiavit et Ballivus Gandensis ipsum Johannem cepit et in castello comitis vinculis mancipavit. Postea scabini Scti Petri accesserunt et ostenderunt Ballivo Gandensi, quod exlex fuit de morte dicti Gerardi de Tornaco Spoelmakre, et furtive evasit extra captivitatem.

7. Johannes Rosinhoet [1]), opidanus Gandensis, interfecit Egidium Cromlin, opidi Gandensis, in vico, quod dicitur *Steffaens Steghe* in villa Scti Petri, et convictus fuit de morte et per judicium scabinorum villae Scti Petri Gandensis fuit exlex judicatus secundum legem et consuetudinem villae Scti Petri praedictae, in qua villa dictus Egidius fuit interfectus. Postea quadam die dictus Johannes Rosinhoet, qui interfecit dictum Egidium, fuit interfectus ab inimicis suis, in ecclesia Scti Johannis Gandensis. Et scabini de Ganda voluerunt de morte dicti Johannis Rosinhoet, interfectoris Egidii Cromlins, exhibere judicium tanquam non exterminatum. Hoc percepit Heinricus dictus de Zwinarde, praepositus in villa Scti Petri Gandensis, et accessit ad illustrem dominam nostram Flandriae et Hanoniae comitissam, Margaretam [2]) nomine, et intimavit ei, quid actum fuit in ecclesia Sancti Johannis Gandensis praedicta, et quod scabini de Ganda parati fuerunt judicium facere de morte dicti Johannis exlegis, de morte dicti Egidii Cromlins per judicium scabinorum villae Sancti Petri praedictae. Et idem praepositus ostendebat praedictae dominae nostrae Comitissae privilegium suum, quod loquitur *de bannitis et exlegibus* factis [3]) in villa Scti Petri praedicta. Inspecto privilegio et lecto coram quampluribus Baronibus et Militibus Flandriae: domina nostra prae-

1) Gedruckt bei *Diericx* t. I. pag. 25.

2) Margaretha von Constantinopel, also zwischen 1243 und 1279.

3) Das hier erwähnte Diplom ist abgedruckt im II. Theil unseres Werkes Abth. I. S. 11. Urk. Nro. III.

Digitized by Google

dicta destinavit literas suas ad Walterum dictum Wille Ballivum de Ganda, et inhibuit ei, ne aliquomodo permitteret scabinis judicium de Johanne Rosinhoet in praedicta ecclesia interfecto ab inimicis suis facere, et sic nihil judicatum fuit de morte dicti Johannis, quia ipse fuit exterminatus a Flandria per judicium justiciae Scti Petri, secundum legem et consuetudinem et justiciam villae praedictae bene et firmiter usuatam.

8. Walterus Wieric [1]), opidanus Gandensis, exlex de eo, quod vi sua Margaretam de Lisschobroec, quondam uxorem Ideri Calvi clerici maculavit, et secundum legem et consuetudinem villae Scti Petri fuit exterminatus per judicium scabinorum ejusdem villae.

9. Everardus Blaubart [2]), opidanus Gandensis, exlex de eo, quod vi sua quondam feminam turpiter tractavit et maculavit contra legem et mandatum totius patriae [3]).

10. Ghennikinus Vrede et Symon Vrede, ejus frater, et quidam alii opidani Gandenses subnotati quadam nocte miserabiliter interfecerunt probum virum Willelmum Comet, opidanum Gandensem, ad mandatum Heilae de Lake, uxoris dicti Willelmi: et dicta Heila fuit conclamata de illa morte et confestim apprehensa; et ancilla sua similiter fuit culpabilis approbata de illa morte et quidam famulus dictorum Willelmi et Heilae fuit culpabilis de eadem morte inventus. Inquisitione supra praemissis facta secundum legem et consuetudinem et justiciam villae, quemlibet eorum scabini ejusdem villae judicaverunt tali morte mori, qualem mortem demeruissent, et sic per judicium dictae villae dicta Heila, uxor dicti Willelmi interfecti, et ancillae eorum fuerunt in igne concrematae; et famulus eorum suspensus in patibulo, et Ghennikinus Vrede et Symon, ejus frater, opidani Gandenses, fuerunt exleges facti de morte praedicta per judicium scabinorum villae Scti Petri.

11. Macinus Wachtre, opidanus Gandensis, interfecit Watinum Speleman in villa et dominio Scti Petri supra veste: et de illa morte exlex fuit judicatus per judicium scabinorum villae Scti Petri.

12. Boidinus Bloume, filius Heilae Godisne, opidanus Gandensis, exlex, quia pulsavit quemdam hominem cum canipulo.

13. Willelmus Botre en Broet, opidanus Gandensis, exlex de morte Willelmi Riemaekers, filius Symonis Riemaekers.

14. Hannekinus Nonne, opidanus Gandensis, exlex de morte Theodorici Scalcaerts.

---

1) *Dieriex* T. 1. pag. 55. 2) *Diericx* T. 1. pag. 55.

3) Zu vgl. das Statut Philipps vom Elsas vom Jahre 1176, beginnend mit: *Haec est lex et consuetudo nro. XVII.* bei *Diericx, Mémoires sur les lois etc. des Gaulois.* pag. 55., und in Bd. I. unseres Werkes Urk. Nro. XII.

Digitized by Google

15. Monekinus Cortvriend et Voidekinus de Ghelewe, opidani Gandenses vim fecerunt in duabus mulieribus in villa Scti Petri Gandensis, et in recenti facto dicti Monekinus et Voidekinus fuerunt arrestati, et in prisonia Scti Petri ducti, et coram scabinis ejusdem villae praesentati: et dominus Sigerus de Sottenghem, tunc temporis praepositus in dicta villa fecit inquisitionem facere de facto praedicto in judicio scabinorum. Scabinis ex camera sua exeuntibus bene praemeditati sub testimonio testium supra dicta forcia productorum in virscaria sua; ballivus dictae villae scabino villae praedictae majori [1]) Willelmo dicto Toul praecepit, ut moneret scabinos, ut inquisitionem testium coram ipsis productorum promulgarent ipsos monitos [2]), intreverunt cameram scabinorum iterato, postea antequam exire possent, iterato in virscaria sua accesserunt et judicaverunt eos, dicentes: quod dominus de ipsis suam faceret voluntatem et quod vitam suam demeruerunt, et eos privari posse a vita pro forcia antecedenti; tum dominus fecit eos equis trahi et patibulo suspendi.

16. Balduinus Bekre, opidanus Gandensis, interfecit Theodoricum, filium Alberti, de illa morte est dictus Balduinus exlex factus per judicium scabinorum villae Scti Petri Gandensis.

17. Melis de Crombrugghe, opidanus Gandensis, interfecit Balduinum Tolnere et de illa morte fuit exlex factus per judicium scabinorum villae Scti Petri Gandensis.

18. Heinricus Bobbelere, opidanus Gandensis, interfecit Rasonem Wincard, et de illo homicidio fuit convictus et deinde exlex factus per judicium scabinorum villae Scti Petri.

19. Petrus de Balau, opidanus Gandensis, interfecit Heinricum dictum Quareel et de illo homicidio fuit convictus et secundum judicium scabinorum villae Scti Petri Gandensis fuit exlex factus.

20. Johannes Vos de Zwalraen, opidanus Gandensis, interfecit Symonem dictum Diergotgaf, opidanum Gandensem. De illo homicidio fuit exlex factus per judicium scabinorum villae Scti Petri Gandensis.

21. Hannekinus Scandelin, opidanus Gandensis, emit collum, quod demeruit in dominio Scti Petri Gandensis contra Heinricum de Houthem et satisfecit Heinrico de Zwinarde, praeposito dictae villae de collo suo [3]).

22. Tricodin [4]), opidanus Gandensis, convictus fuit de forcia,

1) *Villico.* Der Text scheint hier verdorben.
2) Vielleicht ist zu lesen: *ipsi manili intreverunt etc.*
3) Auf dem Rande der Handschrift steht: *emptio colli.*
4) Bei *Diericx* p. 35.

Digitized by Google

quam fecit in quadam muliere, et de illa vi fuit exlex factus, quia contra voluntatem mulieris cum ipsa coivit.

23. Paptaes, opidanus Gandensis, exlex factus fuit ex eo, quod convictus fuit per judicium scabinorum villae Scti Petri tam de raptu quam vi.

24. Arnulphus de Vinderoute, opidanus Gandensis, exlex factus, quia pulsavit quemdam virum cum campulo [1]).

25. Willekinus, filius Wittewoits, opidanus Gandensis, interfecit Heinricum Koetelboetre, et convictus fuit de morte coram scabinis Scti Petri Gandensis; inde est exlex judicatus.

26. Gosuinus dictus de Prato interfecit Jacobum, filium Godefridi de Foro presbiteri, opidanum Gandensem, et cum recenti facto dictus Gosuinus per ballivum Scti Petri fuit detentus et postea dictus Gosuinus per judicium scabinorum villae Scti Petri Gandensis de dicto homicidio fuit judicatus et fuit decollatus in loco, qui dicitur Screiberch, in dominio Scti Petri.

27. Egidius Cruke, opidanus Gandensis, tractus fuit equis et suspensus in patibulo in villa Scti Petri, de furto.

28. Quidam opidani Gandenses pugnaverunt in domo Willelmi Paris, in nova platea in kermesdaghe, in die beatae Mariae Magdalenae contra extraneos. Statim scultetus de Afsne cepit eos cum suis consortibus et Jacobus dictus Mule, opidanus Gandensis, fugam fecit usque ad portam Gandensem, et illi de Gandavo veniebant ad dictum Jacobum Mule et ipsi revertebantur cum dicto Jacobo et iverunt ante portam claustri et voluerunt frangere hostium [2]) portae. Nihilominus attamen illi, qui capti fuerunt, remanserunt capti in claustro et satisfecerunt domino et sculteto de forefacto, in quo fuerunt judicati per judicium scabinorum villae Scti Petri Gandensis, antequam evaserunt.

29. Duo opidani Gandenses, videlicet Fléntart et alius, capti fuerunt et arrestati in rapis Heliae [3]) juxta patibulum in recenti facto et ipsi satisfecerunt praeposito de forefacto raptus et consequenti de dampnis.

30. Petrus dictus Haec [4]), opidanus Gandensis, exlex judicatus per scabinos villae Scti Petri Gandensis de morte Baldi Gabriel in castro Gandensi a Gherelino dicto de Wastina tunc Ballivo Gandensi pro quodam malefacto captus est et per Hugonem Scotte,

---

1) *campulo*, nicht *canipulo*, wie sonst. Nach *Vredius* bedeutet *campulum* einen krummen Stab, *canipulum* dagegen ein Messer. In den Statuten der zum Kloster St. Bertin gehörigen Villa Arkes von 1251 art. 55. wird *canipulum* erklärt durch *cultellus cum cuspide, qui vulgo Knife dicitur. d'Achery Spicileg.* p. 607.

2) d. i. *ostium*. 3) Bei *Diericx* t. I. pag. 26.

4) *Diericx* p. 40.

Digitized by Google

subballivum Gandensem, praedicto in castro Gandensi arrestatus ex mandato domini comitis per dominum Willelmi de Mauritania, militem, dominum Jacobum de Agnis clericum, dominum Johannem dictum Makrel Canonicum Insulensem, Symonem Lauwaert, Walterum de Hamme, consiliarios domini comitis: domino Waltero dicto Coker, tum praeposito infra limites villae Scti Petri, fuit traditus et deliveratus et ad radicem montis multis adstantibus publice circa horam nonam decollatus.

31. Woitkinus, filius Gerulphi, filius Woitmanni, exlex judicatus per judicium scabinorum villae Scti Petri de morte Johannis de Kelnere.

32. Boidinus dictus Salemon, opidanus Gandensis, exlex judicatus per judicium scabinorum villae Scti Petri de morte Arnulphi Mosselers.

33. Hannekinus dictus Molnere, fullo, opidanus Gandensis, LX libr. de gladio extracto supra Egidium de Merlebecke.

34. Willelmus, filius Michaelis de Santberghe, opidanus Gandensis, LX libr. de gladio extracto supra Johannem Fae.

35. Parys Magherman, opidanus Gandensis, LX lib.
Hannekinus, ejus filius, opidanus Gandensis, LX lib.
} quia verberaverant cum armis supra Theodoricum Bouse et Johannem Hughe.

36. Johannes de Braembosche, opidanus Gandensis, LX libr. de gladio extracto.

37. Egidius Tolnere, opidanus Gandensis, LX libr. de vulneribus Wallekini carnificis.

38. Heinricus dictus Deverlaer, opidanus Gandensis, LX libr. de Marotta Mercerigghe.

39. Johannes, filius Everardi Monts, opidanus Gandensis, LX libr. de assaltu supra Goss. de Donsa.

40. Baldus Pau, opidanus Gandensis, LX libr. de Gheila Naisterigghe.

41. Willelmus Vos Grauverkere, opidanus Gandensis, LX libr. de canipulo extracto, vel manum, si non persolverit domino infra triduum.

42. Hannekinus Nonne, opidanus Gandensis, LX libr. de gladio extracto.

43. Heinricus de Gontresfoerde, opidanus Gandensis, LX lib.
Willelmus, ejus frater, opidanus Gandensis, LX lib.
} de domo Nicholaii, filii Michaelis.

Digitized by Google

44. Willelmus, filius Pape supra portam, opidanus Gandensis, LX libr. de gladio extracto.

45. Heinricus Amman, opidanus Gandensis, LX libr. de vulnere Dancardi de Hulst, et satisfecit domino idem Heinricus de dicto forefacto mediantibus XX libr. Turonensibus.

46. Willekinus Paris, opidanus Gandensis, LX libr. de vulnere Willelmi Praters Laniferis.

47. Ghelnotus Scelpe, opidanus Gandensis, LX libr. de Agatha Hasckins.

48. Coppinus Zondredanc [1]), opidanus Gandensis, LX libr. de assaltu domus H. de Eckerghem.

49. Andreas, filius sororis Woitmanni de Houcke, opidanus Gandensis, de vulnere Arn. Allart.

50. Claikinus Wenre, opidanus Gandensis, LX libr. de *overdaet* facta in domo J. Walonis.

51. Coppinus de Hede, opidanus Gandensis, LX libr., quia traxit unum *fautsoen* [2]).

52. Johannes, filius Soi Pistoris, opidanus Gandensis, LX libr. de *overdaet* facta super *Ghelent* Johannis Broesche, opidani Gandensis.

53. Colinus Slove, opidanus Gandensis, LX libr. de gladio extracto supra Lambertum Quareelmakre.

54. Livinus de Rinkasse, tonsor, opidanus Gandensis, LX libr. de Zeghrekino, filio Badeloghen.

55. Symon Alin, opidanus Gandensis, LX lib.
Heinrici, filius Willelmi Pauwels, opidanus Gandensis, LX lib.
} de assaltu domus Symonis Diergotgaf.

56. Willelmus Onvervaarde, opidanus Gandensis, LX lib.
Symon, filius Mathiae, ejus frater, opidanus Gandensis, LX lib.
} de Heinrico Quareel.

57. Egidius de Briele, Jurkinus, ejus frater, Johannes, eorum frater, Coppinus, eorum frater, Laurentius, eorum frater, Coppinus Ghinkelere, Coppinus Carpentator, Johannes Blondekin [3]).
} opidani Gandenses, quilibet in LX libr. de assaltu domus Heilae Moerinnen super veste.

58. Peukin de ultra Scaldam, opidanus Gandensis, LX libr., quia recepit Teolonium illicitum in villa Scti Petri Gandensis.

59. Lippinus Cloucart, opidanus Gandensis, LX libr. de assaltu

1) *Diericx* pag. 24. 2) *Soufflet.* 3) *Diericx* pag. 24.

Digitized by Google

60. Lippinus Cloucart, opidanus Gandensis, LX libr., quia traxit Immesoctam Timmermans vi extra januam domus suae.

61. Johannes Bleekere, opidanus Gandensis, LX libr. de vulnere Heinrici, filii Gertrudis.

62. Coppinus Alfnax, opidanus Gandensis, LX libr. de vulnere Johannis, filii Gerardi Grave.

63. Willelmus Cabus, opidanus Gandensis, } quilibet LX libr. de Soibardo Soetemelk.
Lippinus Cabus, opidanus Gandensis, }
Petrus Cattinau, opidanus Gandensis, }

64. Baldus, filius de Brelo, opidanus Gandensis, LX libr. de gladio evaginato.

65. Egidius, filius Ostonis. } opidani Gandenses, quilibet LX libr. de vulneribus Arn., filii Ringotti.
Willelmus de Roden Zadelere. }
Egidius Breidelmakere, ejus filius. }

66. Willelmus Splenter, opidanus Gandensis, LX lib. } de gladiis extractis super Walterum Fabrum.
Johannes Brebart, dictus Bos, opidanus Gandensis, LX lib. }

67. Symon Tonsor, opidanus Gandensis, LX libr. de assaltu domus.

68. Ghizelinus Molnere, opidanus Gandensis, LX libr. de gladio extracto.

69. Egidius de Bummaele, opidanus Gandensis, LX libr. de vulnere in Immesocte Jagherigghe.

70. Johannes de Bummaele, ejus frater, opidanus Gandensis, LX libr. de assaltu domus Mariae de Vive.

71. Sigerus de Ghendbrugghe, opidanus Gandensis, LX libr. de Godefriedo de Wiendeke.

Item idem LX de assaltu super Johannem de Molendino.

72. Michael [1]) de Hadenghem, qui habet filium Heinrici de Lovanio, opidanus Gandensis, LX libr. de assaltu domus Johannis Clapple.

Item idem LX de Willelmo Cupre.

73. Petrus Aveloes, opidanus Gandensis, LX lib. } de gladio extracto et invasione domus.
Baldus Aveloes, ejus frater, opidanus Gendensis, LX lib. }

74. Clais Closse, opidanus Gandensis, de vulnere Arn. Vos.

75. Soikinus Pintsallinc, opidanus Gandensis, LX libr. de vulnere Jacobi, famuli domini Ph. de Bornem.

---

1) *Dieriex* pag. 24.

Digitized by Google

76. Robertus Lakenboetere, opidanus Gandensis, LX libr. de domo J. Cauteels.

77. Woitkinus de Volzeke, opidanus Gandensis, LX libr. de vulnere Hannekini de Velseke.

78. Baldus, filius Baldi Bleds, opidanus Gandensis, LX libr. de vulnere Margaretae de Brugis.

79. Baldus de Velzeke [1]), opidanus Gandensis, LX libr. et cuilibet scabino X libr., quia contradixit scabinis.

80. Martinus, filius Willelmi, filii Walteri, opidanus Gandensis, LX libr. de gladio extracto.

81. Michael Toet [2]) carnifex, opidanus Gandensis, LX de invasione domus Willelmi Isenbarts.

82. Johannes Martin, opidanus Gandensis, LX libr. de vulnere Gos. de Lomberghen.

83. Willelmus de Ponte, opidanus Gandensis, LX libr., quia traxit canipulum super Johannem Telre, solvendas infra triduum vel manum amitteret.

84. Egidius Vigil, opidanus Gandensis, LX libr. de gladio extracto.

85. Heinricus Landout, opidanus Gandensis,
Landekinus, ejus filius, opidanus Gandensis,
} quilibet LX libr. de vulneribus Willelmi de Ameden.

86. Willelmus Landouts, opidanus Gandensis, LX libr. de gladio extracto.

87. Landekinus, filius H. Landouth, opidanus Gandensis, LX libr. de vulnere J. de Donsa.

88. Heinricus Landouth [3]), fil. Heinr. Landouths, opidanus Gandensis, detentus in recenti facto, quod perpetravit erga Johannem de Donsa a ballivo Sti Petri, videlicet Hugone Scotte et postea veritate inquisita de dicto facto per scabinos villae Sti Petri et a dictis scabinis adjudicatus fuit idem Heinricus in LX libr. de vulnere dicti Johannis de Donsa et post dictum judicium diu detentus fuit idem Heinricus in prisonia Sti Petri de dicto judicato et postea satisfecit domino de legibus, mediantibus LX libr. Turonensibus.

89. Item idem Heinricus Landouth, opidanus Gandensis, LX libr. de vulnere Livini Wittebroet.

90. Heinricus Jonghe [4]) senior de inter duos wallos, opidanus Gandensis, LX libr. eo, quod contradixit scabinis villae Sti Petri

---

1) *Diericx* pag. 54.
2) *Diericx* pag. 24.
3) *Diericx* pag. 62.
4) *Diericx* pag. 54.

Digitized by Google

et cuilibet scabino x libr. de x scabinis: et satisfecit domino et scabinis de legibus.

91. Eustachius [1]) de Atrio, opidanus Gandensis,
Bald. Tort, opidanus Gandensis,
Willelm. Bere, fil. Diermans, opidanus Gandensis,
} quilibet in LX libr. de invasione cujusdam domus.

92. Willelmus Mettenconinen, opidanus Gandensis, LX libr. de apibus in Hadenghem.

93. Baldus dictus Saelmoen, opidanus Gandensis, exlex judicatus per scabinos villae Scti Petri Gand. de morte Arnulphi Mosselers ut supra.

94. [2]) Staes Cabus, Gillis Merlin, Boidinus Veihe, Heinricus van Pithem: isti quatuor de forcia facta in mulieribus sunt convicti, quia vi sua cum mulieribus rem habuerunt, inde convicti et exleges facti sunt pro facto ante dicto.

XLVI.

Sequitur copia cujusdam antiqui registri papirei sub domino abbate Scti Petri juxta Gandam in camera privilegiorum ejusdem monasterii una cum privilegio de bannitis existentis, continentisque quamplurima expleta facta per leges jurisdictionis monasterii Scti Petri juxta Gandam.

Haec sunt forefacta, quae in villa Scti Petri facta fuerunt et alibi ad monasterium ecclesiae beati Petri Gandensis pertinentia bene et firmiter usitata et observata secundum legem et consuetudinem villae praedictae tam ex legibus quam ex forefactis.

1. Gerardus Drutin interfecit Ramondum de Maelte juxta Beverne prope Maelte, de illo homicidio exlex fuit judicatus per judicium scabinorum villae Scti Petri Gandensis.

2. Willelmus Sondersorge interfecit Balduinum, filium Allardi in platea Hadenghem ante domum Danielis prope Bist, et de dicto

---

1) *Dieriex* pag. 24. 2) folio 10 v°.

Digitized by Google

homicidio satisfecit domino et conquerentibus, qui cognati fuerunt invicem.

3. Walterus dictus Pottre occidit Hanneckinum, filium Willelmi Porters in platea juxta hospitalem Egberti, et de morte ipsius Hanneckini fuit idem Walterus Pottre convictus et exterminatus per judicium scabinorum villae Scti Petri.

4. Fulcro, filius Biliae de Hadenghem, interfecit Danielem Fabrum, opidanum Gandensem, juxta hospitalem Egberti, et de dicto homicidio satisfecit domino et conquerentibus interfecti.

5. Johannes Goutsinet de Donisa interfecit Willelmum, filium Clemmin, in platea apud Maelte et fuit convictus de morte et exterminatus secundum legem patriae.

6. Raso de Gavera et Daneckinus de Berchem interfecerunt Rolandum in publica strata juxta (*domum*) Symonis, filii Trune, prope Damme de Swinarde, et de illa morte fuerunt convicti in judicio scabinorum. De illo homicidio satisfecerunt domino et conquerentibus.

7. Heinricus, filius Ode, et Walterus de Wale interfecerunt Alardum de Rotsele in platea juxta domum Symonis, filii Trune, prope Damme de Swinarde, pro bonis suis, quae dictus Alardus penes se habuit, et spoliaverunt bona ipsius inde banniti per judicium scabinorum villae Scti Petri.

8. Lennotus, avunculus Margaretae de Pala, traxit cannipulum, et pulsavit Gerardum de Afsne textorem cum canipulo, et similiter pulsavit Hugonem dictum Laban cum canipulo; et de ipso facto fuit exlex factus per judicium scabinorum villae Scti Petri Gandensis.

9. Egidius Scotelere interfecit Willelmum de Alost, opidanum Gandensem, ante portam claustri Scti Petri et fuit de illo homicidio convictus et exterminatus a patria.

10. Jacobus de Quarmont interfecit Wedericum dictum Emuert super T'kout. De illo homicidio fuit convictus et fuit exlex factus per judicium scabinorum villae Scti Petri Gandensis.

11. Hugo de Helmare pulsavit cum canipulo Willelmum Plaesternere, et vulneravit eum et moriebatur de vulnere et de illo homicidio fuit exlex factus per judicium scabinorum praedictorum.

12. Rolinus Putveel [1]) interfecit Johannem filium Petri Joie in nova platea et de dicto homicidio exlex factus fuit et domus ejus concremata fuit per judicium scabinorum villae Scti Petri Gandensis.

13. Walterus Marin [2]) et Meikin et Willelmus Crabbe interfecerunt Walterum dictum Israel in platea cum armis inhibitis,

1) Bei *Diericx* pag. 71. 2) *Diericx* pag. 65.

Digitized by Google

quae arma *verloede wapinen* appellantur Theutonice, et de dicto homicidio fuerunt convicti et secundum legem et consuetudinem patriae exleges facti per judicium scabinorum villae Scti Petri Gandensis. Postea elapso longo tempore Egidius dictus Israel, filius Walteri dicti Israel interfecti, dictum Heinricum Marin apud Bruxellam arrestavit pro eo, quod dictum Walterum Israel, patrem suum, interfecit, et pro illa arrestatione justitiarius de Bruxella ad mandatum ducis Brabantiae frangi fecit membra sua et ligari praecepit super rotam cruribus poni, et ibi supra illam rotam vitam finivit. Et praemissa dux Brabantiae fieri [praecepit] ad preces domini Sigeri de Sottenghem, praepositi in villa Scti Petri Gandensis, et ad preces dominorum ejusdem loci.

14. Hannekinus de Corse interfecit Walterum Naveghen coram taberna Willelmi dicti Vlaminc in Maelte et convictus fuit de illo homicidio et exlex fuit factus per judicium scabinorum de Wistrem.

15. Willelmus Paris, opidanus Gandensis, interfecit Johannem de Ghistela prope portam Gandae, quae *Ameda* in nova platea, inde convictus fuit et satisfecit domino et conquerentibus de homicidio antedicto.

16. Maes, filius Rikildis, interfecit Scotten, filium Ringeri dicti Evenius, inde convictus per judicium scabinorum et de morte ipsius fuit dictus Maes exlex factus.

17. Tonis interfecit Willelmum de Hegghe in platea in *Swinarde* inter Dam de Swinarde et Hecke et in dicto bello idem Tonis moriebatur et scabini de Swinarde judicium protulerunt de dicto facto et Godefridus, pater Ingotti, fuit ibi in auxilium dicti Tonis.

18. Acelmus de Zwinarde et Robertus Haghel interfecerunt Eustachium de Beverne et convicti de morte satisfecerunt domino de morte et conquerentibus et de homicidio ante dicto; hoc homicidium factum fuit prope Molendinum ad ventum Elemosinarii.

19. Ivanus de Swalmen, pelliparius, interfecit Willelmum Plaesternere, inde convictus de homicidio, et scabini judicaverunt eum exlegem de morte.

20. Johannes, filius Symonis Davids, interfecit Willelmum Snauwart, inde convictus de morte dicti Willelmi, et fuit exlex judicatus a scabinis Scti Petri Gandensis.

21. Monekinus dictus Bruere [1]) interfecit Heinricum dictum Wint, inde convictus de morte dicti Heinrici et fuit exlex judicatus de dicta morte a scabinis Scti Petri Gandensis, et postmodum fuit apud Dixmude arrestatus a parentibus et cognatis dicti Hein-

1) *Dieriex* pag. 57—58.

Digitized by Google

rici interfecti et accesserunt ad praepositum et ejus ballivum petentes ab ipsis succursum sibi fieri et dari ab ipsis, ita ut illum interfectorem possent impetrare et habere et secum ducere apud Sanctum Petrum Gandensem in villam, ubi dictus Monekinus interfecit Heinricum supra dictum. Tandem quidem dictus praepositus literas suas destinavit per ballivum suum cum suis scabinis ad ballivum de Dixmude et ad scabinos dicti loci, cum cognatis interfecti, petentes ab ipsis interfectorem ibidem arrestatum per cognatos dicti interfecti; tandem quidem ad preces dictorum praepositi et ballivi et cognatorum dicti interfecti et causa juris reddiderunt et deliberaverunt illum interfectorem ballivo Praepositi et cognatis interfecti; et ipsi illum interfectorem Gandam apud Sanctum Petrum duxerunt, et ibi fuit decollatus ab inimicis suis [1]).

22. Heilota Hannekini Cattins pulsavit cum canipulo Walterum, filium Leonii, deinde fuit exlex judicatus per judicium scabinorum villae Scti Petri Gandensis.

23. Heinricus Bustel pulsavit cum canipulo Balduinum Demtrum, deinde fuit convictus et per judicium scabinorum Scti Petri Gandensis fuit exlex judicatus.

24. Hannekinus Veste est exlex judicatus per judicium scabinorum villae Scti Petri Gandensis de eo, quod ipse cum canipulo interfecit Balduinum dictum Busoen et convictus fuit de morte.

25. Walterus, filius Oeden, pulsavit cum canipulo Petrum Alshault, inde convictus per judicium scabinorum Scti Petri Gandensis et exlex factus fuit de eo facto.

26. In Safflar [2]) in dominio Scti Petri Gandensis fuit quadam nocte occisus Egidius de Utendale. Inquisitione facta de illa morte coram scabinis de Safflar, dicti scabini judicaverunt Sigerum dictum Plume esse culpabilem de illa morte. Audita inquisitione *Nicholaus*, ballivus Gandensis, cepit ipsum et dictus *Nicholaus* ipsum interfectorem dedit et deliveravit ballivo Scti Petri ad mandatum et praeceptum illustris domini *Guidonis*, Comitis Flandriae. Et Ballivus Scti Petri interfectorem duxit ad locum, ubi interfecit dictum Egidium et ibi fuit tractus equis et in patibulo de Safflar suspensus.

27. Hannekinus Ketelboetere, filius Heinrici Ketelboeteres, interfecit Hugonem, nepotem Johannis de Screkele, et fuit con-

---

1) In den Statuten der zum Kloster St Bertin gehörigen Villa Arkes vom J. 1251, art. 28. wird dieses Recht ausdrücklich anerkannt, mit folgenden Worten: „*de homicidio voluntario convictus parentibus vel cognatis occisi traditur occidendus.*“

2) Auf dem Rande der Handschrift steht: *qualiter ballivus Gandensis restituit homicidam. Nro. VII.*

Digitized by Google

victus de morte per judicium scabinorum villae Scti Petri et sic fuit exlex judicatus.

28. Balduinus dictus Albus de Hadenghem interfecit Lambertum, filium Danielis de Hadenghem, et convictus de illa morte et per judicium scabinorum Scti Petri Gandensis fuit exlex judicatus.

29. Balduinus t'Sampenois de Hadenghem occidit B..... Winnepenninc de Hadenghem et fuit idem Bald.....

30. Willelmus [1]) Harinc interfecit Hannekinum Anglicum, inde convictus de morte per judicium scabinorum Scti Petri Gandensis et fuit exlex judicatus.

31. Willelmus Harinc, pater dicti Willelmi Harinc, interfecit Willelmum Anglicum, fratrem dicti Hannekini Anglici, et fuit convictus de morte judicio scabinorum et exlex judicatus.

32. Rogerius [2]) Abelin interfecit Walterum de Sande de Desselbergme et fuit convictus de morte et postea exlex judicatus in *plena virscaria* Sancti Petri per judicium scabinorum villae Scti Petri Gandensis.

33. Magister [3]) Heimannus Carpentarius interfecit ..... cum canipulo in *kermesdaege* Scti Petri. Hoc fuit in die beatae Mariae Magdalenae et scultetus de Afsne cepit ipsum in recenti facto, et fecit eum ducere in prisoniam claustri Scti Petri ipso die, altera die inquisitione facta fuit convictus de morte per judicium scabinorum Scti Petri et confestim Walterus de Baldeghem miles, ballivus Gandensis, vi sua ipsum H. interfectorem ex *virscaria* dictorum scabinorum spoliavit in conspectu quamplurimorum adstantium et secum duxit ipsum et in castello Comitis mancipavit: et hoc fecit minus juste et sine causa rationabili, ut patet per consequens, quod dictus Ballivus Gandensis dictum Heinricum interfectorem cum servis suis reducere fecit spontanea voluntate sua in curia Scti Petri. Et dicti servi deliveraverunt dictum interfectorem Ballivo Scti Petri et ipso die dictus Ballivus Scti Petri dictum Magistrum Hein. trahi equis fecit et patibulo suspendi [4]).

34. Petrus dictus Gans exlex de morte Coppinis, filii Rogeri clerici.

35. Banniti in perpetuum de furto:
Petrus Rosekin.
Goswinus, filius Alardi Sutoris.

---

1) Zwischen diesem und dem vorhergehenden Artikel befindet sich in der Handschrift ein Zwisechnraum, der für einen weiteren Artikel bestimmt gewesen zu seyn scheint. 2) Ebenso.

3) Auf dem Rande steht bei diesem Artikel: *De Restitutione facta per Ballivum Gand. Nro. VII.*

4) Bei *Dieriex* pag. 63—64.

Digitized by Google

Ingelkinus de Roden.
Heinricus Scattematte.
Elizabeth de Botelar.
Tonis Calfel.
Margaretha, ejus uxor, Juta, syn Zwegher.
Amalberga, filia Theodorici de Berne.
Elizabeth Lodenbuts.
Egidius, filius Nicholai de Heighem.

Abjuraverunt villam in perpetuum praestito sacramento.

Anno Domini M°CC° octuagesimo [1]) in die Ascensionis Domini.

36. Egidius de Gothem demeruit manum in villa Scti Petri et postea Ballivus Scti Petri dictum Egidium arrestavit ante portam claustri et saptum tenuit, et crastina die manum dextram dicti Egidii fecit amputari.

37. In Zwinarde Arnoldus de Dickele interfecit Heinricum Tockre in dominio Scti Petri et idem *Arnoldus* [2]) fuit de morte dicti Heinrici convictus et exlex judicatus et postea dominus Egidius de Scendelbeke, ballivus de Aloest, ipsum Arnoldum arrestavit et postea dictus dominus Egidius dictum Arnoldum de mandato Domini Widonis [3]), Comitis Flandriae, ballivo *Scti Petri* deliberavit infra stipites villae Scti Petri et ballivus Scti Petri fecit caput dicti Arnoldi amputari prope Streibergh in villa Scti Petri.

38. Isti fuerunt, qui ad aucas jecerunt super Heilant et fuerunt quilibet eorum in forisfacto decem solid. judicati per judicium scabinorum Scti Petri Gandensis et satisfecerunt domino de forefacto.

Johannes de Speculo.	Heinricus Borlut.
Balduinus Veihe.	Willelmus, filius Clais.
Walterus Barbator.	Gerardus, ejus famulus.

39. De Jubart in Gandavo (?) de omnibus rebus venalibus et aliis.

Extranei possunt vendere bona sua in villa Scti Petri quibuscumque voluerunt [4]).

40. Justiciae factae tempore domini Walteri Koker, praepositi Scti Petri Gandensis ab anno domini M°CC° nonag. secundo [5]).

41. Primo quidam faber cultellorum, de Wettre juxta Gandam natus, Johannes nomine, cum quodam viro nefandum ac deo detestabilem contra naturam exercuit libidinem, qui in recenti flagitio comprehensus per scabinos Scti Petri morti adjudicatus octavo Kal. Septemb. juxta patibulum Sancti Petri combustus est.

---

1) 1280. 2) Auf dem Rande steht: *Aelst Nro. VII.*
3) *Guidonis.* 4) Hier folgen zwei ausgestrichene Zeilen. 5) 1292.

Digitized by Google

42. Item est sciendum, quod nemo potest nec debet recipere conductum Alostensem seu pedagium de Bughenout infra limites villae Scti Petri: et qui recepit et convictus fuit per scabinos villae Scti Petri in emenda *sexaginta libr.* adjudicatur: quod per *Voidinum* dictum Moysart multis innotuit, qui dictum conductum Alostensem et pedagium de Boughenout recepit et in sexaginta libr. anno et Kal. praedictis adjudicatus fuit.

43. Item exleges facti eodem anno Petrus Stoulmaker de Brugis ex morte Heinrici de Staple. Item Petrus dictus Gans de morte Jacobi dicti clerici.

44. Item [1]) feria tertia ante Nicholai Hiemalis fuit *veritas generalis* facta apud Wistre, in qua Hennekinus dictus Rodemoule et Hennekinus, filius Ingelbert de Zeune, pro furtis et aliis maleficiis fuerunt perpetuo banniti.

45. Item quaedam femina nomine Elizabeth fuit ad triennium ibidem bannita eo, quod in domo sua res furtivas recepit et abscondit.

46. Item dominicà ante natalitia domini quaedam femina, nomine Margareta Wluinne, fuit bannita perpetue de Zwinarde eo, quod in domo sua prostibulum tenebat et quod adulteria fieri procuravit et quod *inutilis* in villa erat. Et hoc in veritate communi factum est per homines feodales et ejus domus fuit combusta.

---

1) Auf dem Rande steht: *MCCXCII.* — *Dieric* pag. 69.

Digitized by Google

Digitized by Google

F. Ausgewählte Urkunden,

betreffend

das Gerichtswesen in Flandern.

Digitized by Google

Digitized by Google

XLVII.

Constitutio Leduini, Abbatis S. Vedasti Atrebatensis, de placito generali [1]). *Inter annos* 988 et 1036.

I. Homo de generali placito tria placita debet in anno. Unum sexta feria post epiphaniam, aliud VI. feria post octavas paschae, tertium VI. feria post festum S. Johannis Baptistae. In quibus placitis nulla extranea potestas debet venire, neque praesidere ad judicandum, neque comes, neque advocatus ullus, nisi tantum abba aut praepositus.

II. Quod si quis eminentioris potentiae, vel qui non sit de lege hujus generalis placiti, habuerit causam, volueritque clamare in placito, licet ei venire et clamare, et secundum legem placiti causa illius judicabitur recte; sicque egredietur, remanente placito in sua libertate.

Amongies Roossenaken Orroir Berchem Melden Nukerke Leupeghem Edelaer Volkeghem Quaremont Zulseke	ghebiet men als Ronsse.
Marcke Kerchem Eenham Nedereenham Etichoven Weldene	Men ghebiedt ter vorscreven waerhede te commene die xv jaer oud zyn oft daer boven.

In de waerhede ter Hoven gaen de prochien naervolghende, de costen betaelt de cloostere van Mont St. Martin ter causen van haren hove te Strypen.

Nederbrakele Sallardinghen	ghebiedt men als Ronsse.
Obbrakele	
Elst	Men ghebiedt te deser waerhede te commene die xv jaer oud zyn oft daer boven.
Mighelbeck	
Scoorisse	Men pleecht ooc de vorscreven waerhede te ghebiedene in elcke parochie zonderlinghe ende alle personen, die ter waerhede gaen.
Seghelsem	
Sente Blasis-Boucle	
Roosbeke	
Ste Cornelis-Hoorenbeke Sente Marienhoorenbeke Materne Weldene Monic Zwalme Wyleghem Bost Sent Denisboucle	Ende als de mannen de waerhede gaen besitten maendt de bailliu de mannen: dat zy vraghen zullen naer alle zaken, daer myns heeren recht an cleeft; maer wille de bailliu eenegbe speciale partien of faiten uut laten of reserveren, dat mach hy doen; ende dan eedt een sergant alle de personen met iiij te gadere ende niet meer.

Digitized by Google

Als de mannen volhoort hebben, so maendt se de Bailliu: dat zy elc anderen raccord doen van 't ghene, dies zy bevonden hebben ende dat zy dat 't hemwaerts houden tot dat zy commen sullen plaetsen daer zy sculdich zyn uut te ghevene ende zy ghemaendt zyn van den ghene, diese sculdich es te manene.

Costume is, dat men ontluyckt ten nacsten zaterdaghe 't ghone dat de mannen bevonden hebben ende alle de boeten van twisten 't zy LX l. XIX l. of III l. daer af d'bedrach uutgheghcven wart, de mannen grooten rechtvoort, ende wysen de boete, maer van anderen bedrachten zo moet de bailliu begheeren onverlet te stane ende maect protestatie omme zinen heesch te makene up de bedreghene personen in tiden ende in wyten, volghende der costume, ende maendt daer af van den rechte ende dan wysen de mannen: dat hy wel onverlet staen mach; de bailliu maendt te wat daghen, zy wysen van heden in XIIIJ^ten, nemaer de bailliu macct stappans zinen heesch up de ghone, die ter souveraine waerhede niet gheweest en hebben, ende sculdich zyn te gane, maendt van der boete ende dan worden de deffaillanten ghewyst elc persoon in iij l. p.

Ten eersten XIIII nachten ommecommende de bailliu maect hof met viere mannen ten minsten, ende verleyt 't hof van voor der noene tot naer der noene ende als de bailliu record ghemaent heeft van den makene van den hove, zeecht hy, hoe dat onlanx leden by maninghen van hem ende by wysdomme van de mannen ghewyst heeft ghesyn eene wettelike souveraine waerhede te N., de welcke was ter kercke uutgheboden ende beseten met myns heeren mannen, ter stede ende plaetse ghacostumeert, in de welcke souveraine waerhede bedreghen zyn N. N. lesende haers bedrachte van woorde te woorde also zy bedreghen ende uutgheghevén zyn, legghende daer af wettelik vermet, up datter yemend jeghen zegghen wilde etc. Dan zeecht de bailliu: dat die bedracht zo horrible es, dat hy den persoon noemende sculdich es bannenen etc. Is de persoon voor ooghen, zo moet de bailliu zinen heesch maken up den persoon ende spreken hem an in vormen van heesche, is 't stic criminel t' sinen live is 't civil, van boeten etc.

Een bailliu, te wetene de hoochbailliu of d'onderbailliu, moeten partien bedinghen by eenre maendt ende met eenre voix, zonder dat se beede spreken moghen, maer voor d'bedinghen mach hem de bailliu beraden met ten ghenen, die 't sinen rade behooren, ende ware een persoon bedraghen van twee oft van meer titelen, zo mach hy eene zake uut kyesen die hem best ghelieft ende daer up zine zake te wette legghen ende d'ander moet hy laten varen, want elc met eenre ticht ghestaen moet.

Digitized by Google

I. Ausgewählte Urkunden

über

wichtige Rechtsgeschäfte

aus dem 11ten, 12ten und 13ten Jahrhundert.

Digitized by Google

Digitized by Google

LXIII.

Bestellungsact eines Grundzinses [1]).

Zwischen 1034 und 1058.

In nomine Patris et filii et spiritus sancti. Notum sit omnibus sanctae Matris ecclesiae filiis praesentibus et futuris: qualiter quaedam Adelindis tradidit Sancto Petro terram sui juris in villa Baldengehem jacentem, ea videlicet ratione, ut singulis annis de eadem terra duos solveret denarios, et post obitum suum filii sui Thidelmus et Alburgis tam eandem terram in Baldingehem, quam eam, quam visa est habere in villa Litberga, inter se partirentur, similiterque II pro respectu persolverent denarios. Insuper addidit dicens: si quis huic traditioni meae vim inferre praesumpserit, iram Dei omnipotentis ac Scti Petri et omnium sanctorum incurrat offensam, et perpetuae maledictioni subjaceat, nisi cito resipuerit.

Actum publice in monte claro, Blandinium dicto, Gandavi territorii. Regnante rege Francorum Henrico et Wichardo abbate idem coenobium regente.

Testes: Balduinus advocatus; Herrimannus itemque Herrimannus; Velpudict Remboldus Aguzo, Heregodus. Ego quoque, Onulfus monachor. ultim. vidi et subscripsi.

LXIV.

Vergleichsurkunde zwischen dem Bischoff von Utrecht und dem Kloster St. Bavo in Gent [2]).

Gegen 1125.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Ego Godeboldus, Dei gratia Trajectensis episcopus, notum facio praesenti scriptura tam futuris quam praesentibus fidelibus Christi: quod contentionem quandam justicia mediante terminavimus, quae erat inter abbatem Wlricum [3]) claustri sancti Bavonis et nostrum Scti Pauli,

1) Aus einem Copialbuch des Klosters Sanct Peter zu Gent, in der Bibliothek des verstorbenen Bibliothekars Lammens allda.

2) Aus dem Provinzialarchive von Ostflandern in Gent.

3) Er regierte zwischen 1099 und 1130.

Digitized by Google

de manso quodam in *Drile:* quem noster abbas aliquandiu injuste tenuerat. Recognita itaque veritate et justicia Scto Bavoni suam recognovit, injustam possessionem efestucavit; praesentibus clericis et laicis, quorum nomina subscripta sunt, pacem iniit. Reingodus, Luithardus, Gerardus praepositi; Walterus, Johannes, Geverhardus, Arnoldus, Symon, Gerardus clerici. Godefridus, Riciwinus, Franco, Hildeger Thiebo, Gadezo.

LXV.

Immunitätserklärung einer Collegiatkirche [1]). Vom Jahre 1137.

In nomine S. et indiv. trinit. Notum sit omnibus tam praesentis quam futuri temporis fidelibus Christi: quod ego Theodoricus, Dei gratia Flandrensium comes, ob salutem animae meae et propter spem et salutem futurorum gaudiorum, ecclesiam Dei Wattinensem honore meo non privabo, sicut antecessores mei [2]) illam honoraverunt, ego quoque honorabo et quaecunque illi ecclesiae contulerunt, nullo modo minuam, sed augebo, et si quae sint illi gravia aut importabilia, ego authoritate mea libenter alleviabo. Volo igitur, ut *universa terra,* quam sancta Wattinensis ecclesia sub tuitione meae advocationis jam possidet, ab omni importuna rogatione et vexatione, talliis et exactionibus tam *castellanorum* quam caeterorum virorum ab hodierno die usque in sempiternum *immunis* sit et libera; salvo duntaxat redditu meo, quem mihi hereditario jure annuatim persolvere debet, quem licet statuto solutionis termino praedicta ecclesia minime persolvit, nullius tamen ab ea volo exigi forisfactum, ne *praeconum* vel *ballivorum* meorum injuriis fatigata, sicut hucusque fuit, suas ad me crebro querimonias deferre cogatur. Et ut istius libertatis confirmatio rata et inconvulsa permaneat, praefatae ecclesiae hanc sigilli mei impressione corroboro. Actum anno Dom. incarnat. millesimo centesimo trigesimo septimo: indictione decima quinta, quarto idus Februarii, adstantibus idoneis testibus:

Otgero Audomarensi praeposito.
Aefgero Abbate Bergensi.
Sigero, Willelmo canonicis de Sunnenbeca.

1) Aus einer alten Copie im Provinzialarchive zu Gent.

2) Diese sind Robert der Friese 1072, bei *Miraeus* t. II. p. 1311 und Robert II. ib. p. 1141. *de St. Genois* p. 467.

Digitized by Google

Florentio, Decano de Gisnio. Conone, nepote Comitis. Bardino de Gremmen. Balduino Forestario. Lamberto Hove, fratre ejus; Hugone de Leers, Willelmo probatore et aliis multis.

LXVI.

Bestellung einer Butterrente [1]).

Vom Jahre 1170.

Ego Gualterus Dei gratia Tornacensium episcopus cunctis fidelibus in perpetuum. Ad nostri curam regiminis pertinet non solum inter discordantes pacem reformare, verum etiam seminaria discordiarum et controversiarum causas manu pastoralis prudentiae penitus amovere, quam ob rem arbitramur obsequium nos praestare Deo, si pietatis studium gerendo, quae ad pacem spectant ecclesiarum, nostrae humilitati creditarum, quaerimus, juraque earum litteris mandantes per praesentia scripta ad posteros transmittimus.

Notum igitur facimus tam futuris, quam praesentibus, ecclesiam Scti Petri Aldenburgensis, tempore Hermanni abbatis multis debitis oneratam fuisse non tamen propter aliquam superfluitatem, sed propter acquisitionem cujusdam terrae, quae eidem ecclesiae valde utilis et admodum necessaria credebatur. *Quae,* quia ad illam Aldeburgenses propriis sumtibus non facile attingere valebant, *butirum,* quo abundabant, venale proposuerunt ad quod adspirantes monachi Tornacenses copiosas expensas Aldenburgensibus ministraverunt, quibus se ex magna parte exoneraverunt, praedictamque terram suis usibus mancipaverunt. Nec ingrati Aldeburgenses collato sibi a Tornacensibus beneficio in continenti *octo pisas buteri probati* benevalentis ponderisque legitimi bono et communi assensu totius capituli suae ecclesiae Scti Martini Tornacensis perpetuo tenendas tradiderunt, assignaverunt et scripto confirmaverunt: quod singulis annis Kalendas Octobris remota omni pravi ingenii occasione seu fraude sine dilatione solvere decreverunt. Porro Tornacenses apud Aldenburch propter debitum pergere habent: quibus Aldeburgenses butirum quidem, sicut dictum est, sed nihil aliud pro expensis, nisi forte sederit animo eorum, primo die ministrabunt. Verum si culpa vel incuria aut negligentia Aldeburgensium amplius quam unum diem secundamque noctem Tornacenses apud debitores suos oportuerit demorari: aut

1) Aus dem Cartular des Klosters St. Martin zu Tournai, im Reichsarchive zu Brüssel. Fol. 28. v. Es ist geschrieben im 13ten Jahrhundert.

Digitized by Google

forte, quod absit, frustratos a debito contigerit ad propria reverti, morantibus ultra constitutum, sive iterum euntibus vel redeuntibus nunciis et hominibus, Aldeburgenses Tornacensibus expensas et quaeque necessaria procurabunt. Ne autem ullo in tempore aliqua inferatur injuria vel molestia ecclesiae Scti Martini super hanc largitionem, de qua precibus ipsius Aldeburgensis abbatis et monachorum ejus nos et canonicos nostros confitemur, omnimodis prohibemus hujus facti turbatores vinculo anathematis minitantes, donec resipiscentes pro arbitrio episcopi et abbatis Scti Martini digne satisfaciant. Pacis igitur hostes ab injustis calumpniis monimento paginae praesentis arcemus, cui impressam sigilli nostri imaginem appendimus: quam etiam testimonio eorum, quorum nomina subnotantur, confirmando corroboramus. S. Gualteri Episcopi; S. Letberti decani; S. Cunrardi, Roberti archidiaconorum; S. Symonis Ameutrici praesbiteror; S. Gualteri Raineri, Thomae Diaconorum; S. Herbrandi, Lamberti, Henrici, Oliveri, Gosenis, Theodorici, Absalonis, Canonicorum.

Actum Tornaci anno verbi incarnati MCLXX.

Ego Letbertus, Dei gratia Tornacensis ecclesiae cantor et cancellarius, legi et subscripsi.

LXVII.

Verkauf einer Landstrecke zur Erweiterung einer Strasse [1]). Gegen das Jahr 1170.

Ego Robertus, Dei gratia insulensis praepositus et Flandriae cancellarius, notum esse volo omnibus: quod, cum ecclesia Sancti Bertini per terram, quam Riquardus, filius Gerond, et Willekinus, privignus ejus, et Walterus Lappekin in Bercla censualem tenent de comite, exitum de jure et antiqua consuetudine ad stratam comitis: sicut idem ipsi juri in mea ac ratiocinatorum Furnensium audientia recognoverint, haberc; nec tum idem exitus pro sua parvitate et angustia ecclesiae sufficeret; praenominati tres viri de terra propria memorato exitui contigua tantum vendiderunt atque in praesentia mea werpiverunt: ut dilatata perinde via quadrigatus exitus et reditus ibidem libere possit existere. Sane hoc ea conditione factum est: quod praedicti illi tres integrum debitum comiti persolvent, de via illa cum reliqua terra sua sicut prius fecerunt. Poterunt etiam monachi Sancti Bertini viam illam fos-

1) Nach dem Originale im Provinzialarchive zu Gent.

Digitized by Google

sato separare de terra illorum, quandocunque voluerint. Ut autem hoc ratum permaneat, sigillo meo praesens scriptum muniri feci, et testes subscripsi. S. Gerardi notarii et sigillarii; S. Lambinii notarii; S. Gerardi de Lardario; S. Erembaldi Masinii; S. Fulcramni praeconis; S. Erembaldi Baddekin.

LXVIII.

Gestattung einer Jahresrente *in Elemosinam* an das Kloster S. André in Brügge [1]). Vom Jahre 1177.

In nomine sanctae et individuae trinitatis in perpetuum. Ego Philippus, Flandrensium et Viromandensium Comes, intimare volo omnibus, quod pro salute animae meae dedi in elemosinam Ecclesiae Sancti Andreae xx solidos singulis annis accipiendos Brugis in dominica palmarum ex officio Lambini notarii. De istis ... denariis statuo, ut solummodo procurentur vinum et panis ad conficiendum sacrificium altaris. Ne igitur in posterum haec elemosina possit ab aliquo infringi vel cassari, sigilli mei auctoritate eam confirmari praecepi. Anno domini MCLXXVII.

LXIX.

Tauschbrief vom Jahre 1184 [2]).

In nomine patris et filii et spiritus Sancti. Amen. Ego Philippus, Dei gratia Flandriae et Viromandiae Comes, notum facio universis tam futuris quam praesentibus, sanctae matris ecclesiae filiis, dedisse me ecclesiae Sancti Petri Gandensis, quandam terram juris mei, jacentem in confinio Bochoute cum inhabitantibus, redditibus, decimis, justiciis ac consuetudinibus eidem terrae pertinentibus, ita libere et quiete possidendam, sicuti ego eam unquam melius possedi, pro *concambio* cujusdam possessionis ac hereditatis, quam praefata ecclesia Gandensis ab antiquo in Blanvile prope Monstroul habuisse dignoscitur. Termini autem praefatae terrae, quam Gandensi ecclesiae in *mutuam vicissitudinem* donavi, hii sunt. A cruce orientali ibidem in signum versus occidentem usque ad crucem occidentalem posita. Deinde ab eadem cruce occidentali usque ad dicum et viam usque ad terram domi-

1) Nach dem Originale im Provinzialarchive zu Brügge.
2) Nach dem Originale im Provinzialarchive zu Gent.

Digitized by Google

nae Gede, et ab inde usque ad aquaeductum et ab aquaeductu concluditur ad crucem orientalem. Ne autem ullo modo, quod absit, super hac terra infra praescriptos jacente terminos, praefata ecclesia in posterum alicujus inquietatione aut praesumptione molestetur, gestae rei sinceritatem praesentis cartae attestatione et idoneorum testium subscriptione, sigilli quoque mei impressione muniri curavi. Signum domini Philippi Cómitis; S. Razonis de Gavere; S. Walteri Busere; S. Dirkini de Bazzevelde; S. Sigeri notarii.

Actum anno dominicae incarnationis m.c.lxxxiiij., comitatus vero domini Philippi Comitis anno decimo septimo.

LXX.

Schenkungsurkunde verschiedener Gefälle an die Abtei von S. Andreas bei Brügge [1]). Vom Jahre 1191.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Amen;

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo. Ea propter considerantes ea, quae ab hominibus geruntur oblivionis pelago cito deperire; nisi scripto autentico traddita sinum memoriae teneant. Universis fidelibus tam futuris quam praesentibus praesentis paginae testimonio insinuare decrevimus, quod ecclesia beati Nicholai de Ribodimonte censualiter concessit in perpetuum ecclesiae Sancti Andreae de Brugis redditum quendam, quem habebat ecclesia praenotata in parrochiatu de *Pressenard:* scilicet VII lotos argenti, quos annuatim debet uxor Willelmi pro tercia parte decimae ejusdem villae, quam ab eadem ecclesia censualiter tenebat. Et unum fertonem, quem Rengerus Halline cum sororibus suis pro quadam terra arabili praefatae ecclesiae de censu debebat. Iterum dimidium fertonem, quem Herbertus, nepos Rengeri, eidem ecclesiae pro quadam terra censuali debebat. Et dimidium fertonem, quem Bayardus clericus cum sororibus suis similiter ex censu debet pro quadam terra, quam ab eadem ecclesia possidet. Haec autem omnia, quae promisimus: saepedicta beati Nicholai ecclesia memoratae ecclesiae beati scilicet Andreae censualiter in perpetuum possidenda concessit pro XX libr. III solidis Atrebatensis monetae, quorum medietas in festo Sancti Martini. Altera vero in festo Sancti Johannis Baptistae singulis annis ecclesiae beati Nicholai et ejus nuntio persolvetur. Et sciendum est, quod hunc redditum praetaxatum sicut ecclesia Sancti Nicho-

1) Nach der Originalurkunde im Provinzialarchive zu Brügge.

Digitized by Google

lai libere et quiete possidebat, sic ecclesia Sancti Andreae absque omni exactione vel relevaminis, si exciderit vel alicujus consuetudinis libere et absolute possidendam reliquit: utroque capitulo concedente. Quod ut ratum et inconvulsum habeatur, sigillis utriusque ecclesiae roboravimus. Acta sunt haec anno dominicae incarnationis M.C. nonagesimo primo.

LXXI.

Zurückgabe eines Zinsgutes und neue Belehnung mit demselben. Vom Jahre 1197 [1]).

Ego Hugo Dei miseratione dictus Abbas ecclesiae Sancti Petri Gandensis et Willelmus prior, totiusque ecclesiae et loci capitulum, omnibus tam futuris quam praesentibus notum esse volumus, quod Eustachius de *Bodreghem* terram in parochia minoris Warnestum jacentem, quam de nobis in feodum tenebat una cum uxore sua Margaretha, ex cujus parte eadem terra sibi obvenerat, filioque suo Willelmo sed et socero suo Johanne libere et absolute resignavit et werpivit. Nos autem eandem terram cum commentura, ecclesiae Sanctae Mariae de Sinnebecca de nobis in perpetuum tenendam salvo jure nostro concessimus eo rationis tenore: ut singulis annis octo solidos nobis in festo purificationis persolvant et quilibet Abbas in praedicta ecclesia alibi succedens ad hujus rei notitiam confirmandam octo solidos nobis reddat: et fidelem devotionem pro posse suo promittat.

Actum anno Domini MCXCVII coram his testibus: Willelmo priore, Amando subpriore, Hugone de Wallo, Thoma, Alexandro, Symone et aliis monachis. Magistro Theodorico, Willelmo Sneda, Eustachio Villico, Roberto Anglico, hominibus nostris.

LXXII.

Schenkung verschiedener Gefälle an das Kloster S. Andreas bei Brügge [2]). Vom Jahre 1203.

Ego Gerardus Brugensis praepositus et Flandriae cancellarius notum facio omnibus, ad quos praesens scriptum perlatum fuerit,

1) Nach dem Originale im Provinzialarchive zu Gent.
2) Nach dem Originale im Provinzialarchive zu Brügge.

Digitized by Google

quod Arnulfus decanus Christianitatis in Brugis de libera et mera voluntate sua in praesentia nostra confessus est Ecclesiae Sancti Andreae Brugensis novem marcas et firtonem in perpetuum contulisse pro singulis marcis triginta tres solidos et quatuor denarios flandrensis monetae computatis. Termini hii solutionis in festo Sancti Remigii quatuor marcas et dimidiam et dimidium firtonem, in purificatione beatae virginis, reliquas quatuor marcas et dimidiam et dimidium firtonem. constituti sunt reditus istarum marcarum in *Jabbeca* tres marcas et dimidiam, in *Houtawa* marcam, in *Duthsela* marcam, in *Metkerka* quindecim mensuras terrae, quarum quaelibet firtonem singulis annis exsolvere terminis praelibatis. Nos vero ut inter ipsos haec donatio rata et firma esse valeat, et ne alicujus malignantis cuniculosa suggestio permutare valeat, sigilli nostri impressione communiri fecimus. S. Josephi decani. S. Wilhelmi Cantoris. S. Aubini. S. Rubini. S. Magistri Thomae. S. Magistri Henrici, Canonicorum. S. Eggaberti. S. Nicolai. S. Arnulphi presbyterorum. Actum Brugis anno verbi incarnati M. ducentesimo. III. mense Aprili.

LXXIII.

Verpfändung des Zehntens einer Scorre [1]). Vom Jahre 1208.

Ego Philippus, Marchio Namurcensis, notum facio Universis, quod Walterus, filius Idsbouds, per manum et voluntatem meam invadiavit viris venerabilibus, et dilectis meis Waltero, abbati Sancti Andreae, et conventui decimam suam de *Scora*, quam emit erga Bernardum de Somerghem, et cohaeredes suos pro septuaginta marcis, et xxiij solidis, et iiij denariis pro marca videlicet flandrensis monetae. Ut autem hoc ratum et stabile permaneat, praedicto Abbati et conventui praesentem contuli paginam, sigilli mei appensione munitam. Datum anno domini MCCVIII. mense Aprili.

LXXIV.

Verpfändung eines Hauses in der Stadt Brügge [2]). Vom Jahre 1211.

Universis Christi fidelibus, quibus litteras istas videre contigerit: scabini de Brugis salutem in Domino. Veniens coram nobis vir nobilis et honestus Willelmus nomine, miles, professus est,

1) Nach dem Originale im Provinzialarchive zu Brügge.
2) Nach dem Originale im Provinzialarchive zu Brügge.

Digitized by Google

quod decimam, quam habuit apud *Soora* abbati et conventui Sancti Andreae vendidisset. Sed quia eadem decima ad feodum Comitis Domini pertinere et ideo ad ejusdem alienationem necessarius sit Comitis Flandrensis assensus, qui ad praesens haberi non potest, promisit dictus Willelmus miles, quod quandocunque comes erit in Flandria, per quem legitime feodi possit transferri dominium, quod per manum ejus et assensum cum omni cautela, quae adhiberi debet, propriis etiam laboribus et expensis sine sumptu, qua nunc ecclesiae Sancti Andreae dictam decimam libram ab omni dominio seu jure Comitis absolutam ipsi ecclesiae assignabit. Quod si non faceret, pro decima illa septuaginta marcas ecclesiae persolveret, pro quibus septuaginta marcis mansuram illam, in qua manet Lansinus Repra, quae est ipsius Willelmi militis hereditas propria et libera, praesente et consentiente uxore sua Abbati et fratribus Sancti Andreae pignori obligavit. Ut ergo hoc factum notius et perfectius habeatur: et nulli super hoc liceat dubitare, in posterum praesens scriptum sigilli nostri testimonio fecimus communiri.

Scabinorum, qui interfuerunt, nomina subnotantes: *Riquardus post Hallam; Lamsota de Gruthusa; Jacobus*, filius *Vercluint; Fromaldus*, filius *Willebsgen; Egidius Dop; Theodoricus Telonearius.*

Actum in Capella Sancti Nicholai anno Domini MCCXI Mense Septembri.

LXXV.

Concordia super venditione et restitutione domus Sancti Petri Gandensis in Brugis, coram Scabinis firmata [1]). Anno 1215.

Ego frater de Thosis et W., Sancti Andreae abbates, universis Sanctae matris ecclesiae filiis notum esse volumus, quod, cum inter magistrum Willelmum de Brugis canonicum Tornacensem et Walterum Forto, oppidanum Brugensem, super venditione domus, quae Brugis est facta ab Arnulpho, abbate Scti Petri Gandensis, causa diu ventilata esset et praedicto magistro per judices a curia romana delegatos emptio praefatae domus esset adjudicata, et W. Forto in expensis quadraginta librarum dampnatus et sententiae excommunicationis per annum et amplius innotatus: Nos et frater de Thosis Willelmus, quondam abbas, et frater Salomon, quondam prior de Thosis, rogavimus saepedictum magistrum, ut nos exaudiret in reformatione pacis inter ipsum et praedictum oppidanum, et ipse nostris tandem condescendit precibus; nos quidem non sincopate,

1) Nach dem Originale im Provinzialarchive zu Gent.

Digitized by Google

sed integre invigilantes paci, cum saepe dictus oppidanus intentionem haberet agendi contra abbatem Sancti Petri de dampnis et expensis suis et venditione domus ei facta ab abbate; ita ordinavimus, ut dictus oppidanus emptionem domus Alexandro monacho Sancti Petri ad usum ecclesiae coram scabinis de Brugis resignaret, et effestucaret et omni juri suo abrenunciaret, quod in praedicta domo se habere asserebat et abbatem Sancti Petri deinceps super nullo impeteret; sed abbas ab omni impetitione oppidani esset absolutus et in nullo ei teneretur, nisi abbas aliquid ex gratia ei voluerit conferre; magister vero Willelmus de pecunia, quam oppidanus asserebat se dedisse abbati pro domo scilicet viginti marchas Esterlingorum oppidano satisfaceret competenter, et oppidanum a vinculo excommunicationis faceret absolvi, insuper de impetitione xxxx librarum absolveret, quas Judices ei de expensis suis adjudicaverant. Et deinceps nec oppidanus abbatem nec magister Willelmus oppidanum super praedicta litigatione impeteret, sed essent concordes et amici, ut antea. Benedictus Deus in omni opere bono ita factum esse, sicut ordinavimus. Anno MCCXV mense Augusto Brugis in claustro beati Donatiani, adstante uxore Walderi Forto et effestucante praedictam hereditatem cum marito, coram scabinis, quorum nomina sunt haec:

Lambertus, f. Berteline.
Ricuardus de post Hallam.
Gerardus Usaki.
Willelmus Tobbin.
Fromaldus, f. Wulberge.

Et cum omnia, quae fiunt in tempore, cum tempore labuntur et a memoria hominum recedunt nisi scripti benefacto ad memoriam revocentur, dignum duximus factum istud scripto commendare et sigillorum nostrorum appensione munire.

LXXVI. A.

Bestellung eines Witthums, bestätigt von Ludwig, Sohn des Königs Philipp August von Frankreich [1]). Vom Jahre 1215 und 1216.

Ego *Danyel* [2]), Atrebatensis advocatus et Bethuniae Dominus, notum facio omnibus praesentes litteras inspecturis: quia dedi et

1) Nach dem Originale im Provinzialarchive zu Gent.

2) Man vergleiche hierüber *Duchesne, Hist. genealogique de la maison de Bethune* pag. 191. *et Preuves* pag. 93. Dieser Daniel starb 1226; seine Frau überlebte ihn. Ib. pag. 198. 199.

Digitized by Google

concessi in *dotalicium* Eustachiae, uxori meae, filiae Domini Galtheri, comitis Sancti Pauli, medietatem terrae meae, quam habeo in praesenti et quaecunque modo de caetero sum habiturus et medietatem rerum omnium, quas acquiram, tali modo, quod si dicta uxor mea sine herede de carne mea, quod absit, decesserit, idem comes Sancti Pauli, pater ejus vel heres ejus, accipiet quatuor mille libras parisienses, quas idem filiae suae dedit in maritagium, super illam medietatem terrae, quam dedi praedictae uxori meae in dotalicium. Si vero mihi minus solutum fuerit de praefatis quatuor mille libris: quantum solutum sit, tantum percipiet idem comes Sancti Pauli vel heres suus. Actum anno ab incarnatione Domini MCCXVI primo die Maji. apost.

Ludovicus, Domini Regis Francorum primogenitus: Noverint universi praesentes et futuri, quod amicus et fidelis noster Danyel, advocatus Attrebatensis et dominus Bethuniae, dedit et concessit in dotalicium Eustachiae, uxori suae, filiae karissimi consanguinei nostri et fidelis G., comitis Sancti Pauli, medietatem terrae suae, quam habet in praesenti et quocunque modo de cetero est habiturus, et medietatem rerum omnium, quas acquiret, tali modo, quod si illa sine herede de carne sua, quod absit: etc. etc. etc.

(Repetuntur verba cartulae praec.)

Nos vero ad petitionem ejusdem advocati praedictas conventiones sigilli nostri auctoritate praecepimus confirmari. Actum Runis anno Domini MCCXV mense Martio.

LXXVI. B.

Gewährleistungsact für einen dem Kloster von S. Bertin zur Elemosyna gegebenen Zehnten [1]). Vom Jahr 1218.

Ego Balduinus, dictus de Commines, et Castellanus Ariensis, notum esse volo omnibus haec inspecturis: quod, cum Balduinus de Meternes et Elizabeth, uxor ejus, cognata mea, duas garbas decimae de Banuvernestum ex aquilonari parte Laye fluminis, quas a patre meo in feodo tenuerant, eidem patri meo ad opus ecclesiae Sancti Bertini reddidissent, et ipse et praedictae personae eamdem decimam eidem ecclesiae in Elemosinam dedissent, per hoc in fraternitatem ejus recepti, Johannes de Bondus, consanguineus meus, intelligens, quod praedictus Balduinus pecuniam exinde habuisset,

1) Nach einer Abschrift von *Diericx*.

Digitized by Google

venit ad Curiam patris mei, requirens: ut eandem decimam jure propinquitatis emere posset. Contra quae praedictus Balduinus de Meternes veniens cum amicis suis, praesente praedicto Johanne, obtulit, coram hominibus patris mei, quod eamdem decimam, judicio hominum suorum ecclesiae Sancti Bertini guarandizare vellet; abbas etiam Sancti Bertini, qui praesens erat, requisivit a patre meo constanter, ut eandem decimam, quae in dominio suo jacebat et quam ei in Elemosinam dederat, defenderet et conservaret, minante patre meo, quod si hoc negligeret, ipsum et totam terram suam excommunicari faceret; ad quae cum saepedictus Johannes de Bondus nichil rationis responderet; pater meus, concilio meo et Michaelis de Harnes, hominis sui et aliorum hominum suorum, promisit eidem abbati, quod ecclesiae suae decimam hanc defenderet et conservaret, et quia hiis interfui, secure quae vera sunt, testificor; et cum per Dei gratiam heres sim patris mei, quia ipse ecclesiae Sancti Bertini promisit, quod hanc decimam ipsi defenderet et conservaret, ego quoque ad id ipsum per praesentem scriptum me obligo et eamdem decimam saepedictae ecclesiae confirmo. Actum est hoc anno domini MCCXVIII.

LXXVII.

Schenkung des Habbekines Polder bei Watervlit [1]). Vom Jahre 1218.

Notum sit tam praesentibus quam futuris, quod ego Henricus, filius Balduini, comitis Flandriae, et Margarethae comitissae, partem quamdam terrae meae, quam ex largitione fratris mei Balduini, comitis Flandriae et Hainoniae, libere possedi, fratribus in monasterio beati Petri Gandensis Deo servientibus in elemosynam cum omnibus justiciis ad ipsam terram pertinentibus per manum fratris mei Balduini comitis, libere possidendam tradiderim. Haec autem terra jacet circa maritima in loco, qui dicitur Watervlit, et ab incolis loci illius appellatur *Abbekines polra* [2]) habens a plaga meridiana et ab occidente terram, quam avunculus meus Philippus, comes Flandriae, praedictis fratribus contulit contiguam, ab aquilone terram Balduini de Praet, ab Oriente terram Vostrim et Arnoldi, fratris ejus, filiorum Reynerii, quam de me tenent. Ut au-

1) Nach dem Originale im Provinzialarchive zu Gent.

2) Diese Habbekines Polder wird auch in einer andern Urkunde vom Jahr 1244 erwähnt, im *Lib. Priv.* t. 2. fol. 318. Desgleichen in einer Urkunde vom Jahr 1242 bei *Duchesne Fam. de Gand. Preuves* pag. 517.

Digitized by Google

tem haec donatio mea rata maneat et inconvulsa, praesentem paginam sigilli mei appensione signavi, nominibus eorum, qui huic largitioni meae interfuerunt subtitulatis. Sig. Balduini, comitis Flandriae et Hannoniae, S. Arnoldi de Chines; S. Gerardi praepositi de Brugis; S. Petri de Duaco; S. Willelmi, patrui mei; S. Petri de Duaco; S. Ivani de Denterchem; S. Henrici Brotlos; S. Wilhelmi, clerici comitis; S. Hugonis imbreviatoris. Actum in Capella de Malen anno ab incarnatione domini Mccxviij Kalendis Julii.

LXXVIII.

Schiedsrichterliche Entscheidung eines Rechtsstreites über die Gerichtsbarkeit in Camphin, in welcher Grundsätze des Römischen Rechts angewendet werden [1]). Vom Jahre 1220.

Walterus, Dei gratia Tornacensis episcopus universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis in domino salutem. Noverint universi, quod cum inter ecclesiam Sancti Petri Gandensis ex una parte, et Rogerum castellanum Insulensem ex altera, super alta justitia de Camfinio [2]) coram nobis quaestio verteretur, procuratore ecclesiae asserente: quod eadem justitia tam in rebus, quam in personis, ad dictam ecclesiam pertinebat; conquirente etiam procuratore ecclesiae: quod castellanus homines suos contra libertatem ecclesiae tailliarat, quemdam in terra de Camfinio captum suspenderat, quemdam etiam excaecarat, in praejudicium ecclesiae memoratae; Castellano e contrario asserente: quod ea, quae eidem imponebantur, fecerat utens jure suo: et quod ad ipsum alta justicia pertinebat: Nos *lite* solemniter *contestata*, testibus auditis et publicatis, die ad diffiniendum assignata, de consilio bonorum per sententiam diximus, quod ecclesia Sancti Petri Gandensis debet tenere villam de Camfinio, cum appendiciis suis et hominibus, liberam sicut in tenorem privilegiorum, quae coram nobis sunt allata et fideliter recitata, cum dictus castellanus fidem nullatenus nobis fecerit, quod jure suo utens fecerit id unde abbas et conventus Sancti Petri ipsum in jure arguebat; nec *longissimi temporis continuatio cum bona fide et justo titulo sine interruptione naturali vel civili*, quae contra ecclesias opponi solet

1) Aus einem Cartular der Abtei S. Peter bei Gent, (dem verstorb. Bibliothecar Lammens gehörig) fol. 176.

2) Camphin war ein der Abtei S. Peter gehörendes Fürstenthum unweit Lille.

Digitized by Google

aliquo juris amminiculo sit probata; salvo tamen jure castellaniae Insulensis: quod castellanus insulensis habet per totam castellaniam insulensem, quam tenet de domina comitissa; salva etiam dicto castellano annis singulis, taxatione sexaginta solidorum ab hominibus de Camfinio reddendorum. In cujus rei memoriam et firmitatem praesens scriptum sigillo nostro fecimus roborari. Actum anno gratiae millesimo ducentesimo vicesimo secundo, mense Marcio, septimo Idus ejusdem mensis.

LXXIX.

Bestätigung einer Markt- und Schiffergerechtigkeit in Poperinghen [1]). Im Mai 1223.

Ego Johanna, Flandriae et Hannoniae Comitissa, notum esse volo tam praesentibus quam futuris, quod libertatem, quam bonae memoriae Philippus, olim Flandriae et Viromandiae Comes, magnus avunculus meus ecclesiae Sancti Bertini dedit de foro in villa de Poperingehem habendo et de navigio ibidem faciendo, sicut carta ipsius, quam coram me legi feci eidem ecclesiae indulget: ipsi confirmo: et tam libenter quam liberaliter consentio pro salute animae meae et praedecessorum meorum. In cujus rei testimonium praesentes litteras emisi sigilli mei munimine roboratas. Actum coram hiis testibus: Margareta, sorore mea; Sibilla, amica mea, Domina de Beaugien. Waltero de Formeseles, milite; Hugone de Lotharingia; Baldwino de Lohis. Anno Domini MCC vicesimo tertio mense Majo.

LXXX.

Vergleichsurkunde über verschiedene Lehen zwischen dem Grafen und dem Constabularius von Flandern [2]). Im Jahre 1227.

Ego Maclinus de Meterne omnibus notum facio praesentes litteras inspecturis, quod talis est forma pacis inter reverendum dominum meum Fernandum comitem Flandriae et Hannoniae et

1) Nach dem Originale im Prov.Archive zu Gent.
2) Nach dem Originale im Prov.Archive zu Gent.

Digitized by Google

dilectum meum Michaelem de Bollers, constabularium Flandriae, quod ipse constabularius quitavit ei centum et viginti libras terrae et aquas et wastinas, quas reddidit ad opus reverendae dominae meae Johannae comitissae Flandriae, Yvoni ballivo Gandensi per procurationem, M. de Harnis, M. de Meterne et W. de Formesele. Quitavit ei et villam de *Erenbaudenghem:* residuum dictae terrae: scilicet alteram et aliam terram, quam tenebat et tenere debet pro ducentis lib. annuatis, et si Comes noluerit, faciet eam appreciari, usque ad festum omnium sanctorum per probos viros, quos comes eliget, et si plus valuerit, quam ducentas libras, illud debet dictus comes rehabere. Si vero minus valuerit, perficere tenetur. Et debet et dictus constabularius habere terram, quae fuit Walteri de Rubroc, quae ipsi fuit adjudicata in curia sua, quam comes ipsi debet warandire tamquam dominus; et supradictam terram totam, quam habere debet dictus constabularius, et tenere, et homines in ea manentes per legem et judicium ducere debet, et si hoc non fecerit, et extra legem et judicium eos male tractaverit, Comes terram suam saisire poterit et tenere, usque dum emendatum fuerit per duos probos viros, quos adhuc eliget, ita quod si unus decesserit, alter loco sui eligetur, ita quod semper duo remanebunt, et pro tanto quitavit dictus constabularius et quitas clamavit omnes alias conventiones, quas habuerit ad invicem dominus Comes et domina comitissa et ipse, et similiter omnes requestas, quas ipse fecerat domino comiti et comitissae usque in hunc diem de tensis et aliis, et ex hoc dei in anno debet vadia sua et vestes suas et alia tertia sua habere in curia domini comitis sicut haberi solebat; et si dictus constabularius contra has praedictas conventiones veniret, nec consilium nec auxilium a me de te habebit; immo essem in auxilium comitis et in nocumentum dicti constabularii, donec id esset emendatum. Actum anno domini millesimo ducentesimo vicesimo septimo, mense Septembri.

LXXXI.

Anselm von Aigremont bekennt sich als Vasallen Roberts von Bethune, trotz des Verkaufes seines Lehens [1]). Im Jahre 1220.

Ego *Anselmus de Aigremont* miles notum facio Universis praesentibus et futuris, quod cum ego vendiderim Roberto de *Fous-*

1) Nach dem Originale im Archive von Ostflandern zu Gent.

Digitized by Google

kieres feodum meum de Werkin, quod teneo de viro nobili Roberto Atrebatensi Advocato et Teneramondae Domino, nihilominus remaneo homo ejusdem Advocati, sicut ante: et eidem tale servicium penitus, quod ei debebam ante istam venditionem, me recognosco debere: donec aliquod feodum habuero aliud, de quo sum homo suus. Et quod si forte eidem Advocato non facerem tale servicium, quod ei me debere me recognosco: ego et me et mea in ejus expono, quantum ad hoc, abandonum. Quod ut ratum et stabile in futurum permaneat, praesens scriptum sigilli mei munimine roboravi. Actum anno dominicae incarnationis: millesimo, ducentesimo, vicesimo octavo, mense Augusto.

LXXXII.

Tausch-Urkunde [1]). Vom Jahre 1228.

F. Flandriae et Hain. comes et Johanna uxor ejus Fland. et Hain. comitissa omnibus praesentes literas inspecturis salutem. Noverit universitas vestra, quod nos dedimus et concessimus fideli nostro Domino Radulpho de *Rodes* excambium pro terra, quam dictus R. habebat apud *Niepeghze* et propter id, quod habet in *Merlebeke*, excepto unice quidquid habebamus in Melle et in *Goutraden* et in *Lantscovere* et in *Botelar* et in *Munte* et in *Molsine* et in *Scelderaden* et in *Ghentbrugghe*, habendum et tenendum de nobis et de heredibus nostris bene et in pace sicut nos tenebamus. Insuper nec *Ballivum* nec *Villicum* in praedictis villis habere debemus: et si gentes nostrae de *advocatia* vel servi et ancillae veniunt morari in praedictis villis, per matrimonium vel per hereditatem; dictus R. eos habebit, et si gentes suae de *advocatia*, vel servi vel ancillae, in terram nostram veniunt, nostrae erunt. In cujus rei testimonium praesentes litteras sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Actum anno Domini MCCXX octavo; feria tertia infra pentecostem.

LXXXIII.

Verpfändung eines Zehntens [2]). Vom Jahre 1232.

Ego Th. Flandriae et Hainoniae comes, universis praesentem paginam inspecturis salutem in domino. Universitati vestrae sig-

1) Nach d. Originale im Prov.Archive zu Gent.

2) Aus einem Cartular im Archive von S. Donas in der S. Salvators-Kirche zu Brügge. Fol. 64. verso.

Digitized by Google

nificamus, quod dominus Willelmus scouteta de Maldengheem medietatem decimae suae de Suenkerca, quam a nobis tenet in feodum, ecclesiae beati Donatiani in Brugis pro septingentis libris flandrensibus et sexaginta impignoravit tali modo, quod dictus Willelmus vel heres suus praedictam decimam infra duodecim annos a tempore impignorationis redimere non poterit. Post duodecim vero annos a tempore impignorationis praedictae elapsos, praedictus Willelmus miles de anno in annum in medio Martio praedictam decimam pro septingentis et sexaginta libris flandrensibus redimere poterit. Si vero in medio Martio ipse vel heres suus eam non redimeret, fructus sequentis Augusti singulis annis penes praefatam ecclesiam remanebit, salva tamen obligatione alterius medietatis dictae decimae eidem ecclesiae tam a patre suo quam ab ipso factae. Huic autem impignorationi consensum adhibuimus et favorem et eandem, ut dominus terrae quamdiu dicta decima penes dictam ecclesiam erit, inviolabiliter facimus bona fide et sine nostro ponendo observari. In cujus rei testimonium praesentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum anno domini MCCXXXII, mense Julio.

LXXXIV.

Entsagungsacte mit der Ueberschrift: *De quitatione trium placitorum in Carvim* [1]). V. Jahre 1239.

Ego H. de Spineto et Antonio Dominus notum facio omnibus praesentes litteras inspecturis: quod Waltherus de Pena in praesentia mea quittavit abbati et conventui Scti Petri Gandensis tria placita, in quibus abbas et conventus tenebantur eidem singulis annis in domo sua apud *Carvim*. Huic autem quitationi interfuerunt dominus Suger de Sottenghem tunc Dominus de Camphin; Michael Carlarius, Andreas de Garghetel, tanquam Scabini de Spineto. Robertus de Warun et Johannes de Brassans hospites dicti Waltheri: Theodorius de Marsaclio et Arnurus Maronde, Anccounx, homines dicti abbatis.

Et ut memoriter ista quitatio teneatur sigilli mei munimine praesentem paginam communivi. Actum anno MCCXXXIX seria quinta ante Ramos palmas.

1) Nach dem Originale im Prov.Archive zu Gent.

Digitized by Google

LXXXV.

Ertheilung einer Wassergerechtigkeit [1]). Vom Jahre 1239.

Ego Philippus Dominus de Woastina. Universis tam praesentibus quam futuris praesentes litteras inspecturis salutem. Noverint universi, quod omnes in officio de *Ostborgh*, ad veterem *Hevine* [2]) pertinentes acquisierint a me habere libere et pacifice ab hodierno die usque in perpetuum aquaeductum et adaquationes suas per feodum meum in *Bardenezanda* apud *Coudehide* extra effluentes per slusias suas; et nulla terra in officio de Oostborgh quae non pertinet ad veterem *Hevine* cum ipsis poterit adaquari, nisi voluntatem habuerint et assensum scabinorum ac proborum virorum veteris Hevine, qui liberam ei per dictum feodum meum possint adaquandi concedere potestatem, exceptis illis de *Berdenezanda* et illis de *Groda*, quibus per eumdem feodum meum veram concessi adaquandi potestatem. Insuper sciendum, quod quaedam pars terrae videlicet ducentarum mensurarum parum plus aut minus, quae jacet supra *Hurlesee* in officio de *Isendika*, si voluntatem et consensum acquisierint dictorum Scabinorum et proborum virorum veteris *Hevinae*, cum ipsis per saepedictum feodum meum libere poterit adaquari; quia liberam super hoc jam dictis scabinis ac probis viris veteris Hevine tribui potestatem. Praeterea notandum, quod si forte per infrictionem terrae de maris tempestate, quod absit, contingeret dicum maris removere de loco in quo modo est ac ponere magis versus terram vel si per alluvium et adjectionem maris contingeret dicum maris removere de loco in quo est, et ponere magis exterius versus mare: Scabini et probi viri officii de *Oostborgh* possunt slusias suas removere ac infra saepe dictum feodum meum ponere et adaquationes suas facere, ubicumque ipsis viderint melius expedire secundum communem terrae utilitatem. Si vero inter se discordiam habuerint multotiens dicti scabini ac probi viri veteris *Hevinae* de slusiis removendis et alibi ponendis: Querimonia debet inde moveri Brugis ad virscharniam et in locis, in quibus per legem et judicium liberorum scabinorum virscharniae fuerit adjudicatum. Slusiae debent poni infra feodum praelibatum secundum communitatis utilitatem. Sciendum etiam, quod si forte dicum maris in aliquo contingerit pejorari vel infringi: ad ipsum

1) Nach dem Originale im Prov.Archive zu Gent.

2) *Vetus Hevina* der alte Hevendyck, d. h. Haberdamm, nicht der hohe Damm, wie in Bd. I. S. 236–237. angenommen wird.

Digitized by Google

reparandum vel meliorandum probi viri veteris *Hevinae* in nullo custu debent obligari; hoc excepto, quod dicum supra slusias suas firmum conservare debent et illaesum. Hortandum insuper, quod de slusiis infra per saepe dictum feodum meum modo positis atque jacentibus et in perpetuum posituris et insuper omnibus in praesenti pagina praenotatis, praetaxatis probis viris officii de Oostborgh et eorumdem successoribus in aevum a me et a meis successoribus veram facere Warandisiam repromisi. In cujus rei testimonium ad removendum omne famulationis malum vel oblivionis scrupulum: sigilli mei et sigilli domini Danielis de Aiahove appensione: ei tam militum quam aliorum proborum virorum, qui interfuerunt tesimonio praesens scriptum studui roborari. Datum anno gratiae millesimo ducentesimo tricesimo nono, mense Maio.

LXXXVI.

Urkunde über eine Verpfändung mit Antichrese [1]). Im Jahre 1241.

Universis praesentes litteras inspecturis Ego Raso, dominus de Gavera, salutem in domino. Noveritis: quod Willelmus de Dentringhem, homo meus, filius bonae memoriae domini Willermi de Dentringhem militis, quondam decimam de circiter duodecim bonariis terrae, jacentem in parochia de Ruslede [2]), quam a me tenet in feodum ecclesiae Scti Bertini de consensu meo et auctoritate pro sedecim et dimidia libris flandrensibus pignori obligavit. Tali conditione, quod nec dictus *Willermus*, nec alius pro ipso dictam decimam redimere poterit infra decem annos. Expletis vero decem annis, postquam dicta ecclesia fructus dictae decimae decies receperit: tunc inter festum beati Remigii et omnium sanctorum poterit redimi dicta decima. Et si infra tempus praedictum dictus Willermus sexdecim et dimidiam libras Flandrenses non restituerit ecclesiae memoratae: per totum annum redimere non poterit decimam saepe dictam donec anno revoluto inter festum beati Remigii et omnium sanctorum, sicut dictum est, redimat eandem; et sic de anno in annum erit observandum. In cujus rei testimonium praesentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Actum anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo primo. In festo Beati Petri ad Vincula.

1) Nach d. Originale im Prov.Archive zu Gent.
2) Das Dorf Russlede bei Furnes.

Digitized by Google

LXXXVII.

Bestellung eines Brautschatzes [1]). Vom Jahre 1249.

Universis praesentes litteras inspecturis vel audituris Eustatius miles de *Lederne*, dominus de *Ristune* et ejus uxor Mathildis salutem in domino. Noverint omnes, quod nos dedimus dilecto nostro Olivero, clerico de Aldenardo, in vero matrimonio et legitimo cum Aelide filia nostra omnes terras tam arabiles quam inarabiles cum pratis et pascuis ad easdem terris pertinentibus jacentes in officio de *Somerghem* cum mansu et aedificiis in loco, quod vulgaliter dicitur *Bredebroech*, factis ad praesens ibidem et faciendis, quae omnia resignavimus secundum legem et consuetudinem patriae in manus *Soykini* ballivi de *Somerghem*, effestucavimus et werpivimus praedicta bona ad opus dicti Oliveri et Alidis ejus uxoris sub testimonio et in praesentia scabinorum dicti loci de *Somerghem*, qui ad hoc submoniti fuerunt et vocati; quae etiam bona dictus Oliverus nobis contulit de manu sua tenenda; Aelide uxore sua praesente et consentiente; ita quod nos dicto Olivero singulis annis viginti et duas libras flandrensis monetae, in nativitate domini de ipsis bonis persolvere tenemur; hoc adjecto, quod nos sive heredes nostri ab ipso Olivero et uxore sua Aelide praedicta, sive ab heredibus eorum quamlibet libram pro decem libris flandrensibus possumus absque contradictione redimere et acquitare. Praeterea debemus nos sive heredes nostri praedictas viginti et duas libras ab ipso Olivero et Aelide uxore sua sive ab heredibus eorum quamlibet libram de praedictis viginti duabus libris pro decem libris flandrensibus redimere, si dictus Oliverus vel ejus heredes in meliores usus suos, et ubi magis sibi viderint expedire, de communi consilio ipsorum ad commodum eorum velint alibi ponere, vel assignare pecuniam memoratam: et ad hoc nos et heredes nostros obligamus. Dedimus etiam saepedicto Olivero clerico et ejus uxori Aelidi octo libras flandrenses annui reditus jacentis in prochia de *Kneslar*, quas a domino de Wastina in feodum tenere dinoscimur; quas in manu dicti domini de Wastina resignavimus, effestucavimus et werpivimus ad opus dictorum Oliveri et Aelidis, ejus uxoris sub testimonio et in praesentia hominum et scabinorum dicti domini de Wastina, quas octo libras ipse dominus de Wastina contulit dicto Olivero clerico de se tenendas, sub annuo censu sex denariorum flandrensium, sibi in nativitate domini solvendorum; et ut praedictum est, si praedictas octo libras ab ipso Olivero vel ejus heredibus

1) Nach dem Originale im Prov. Archive zu Gent.

Digitized by Google

redimere velimus, licet nobis quamlibet libram pro decem libris flandrensibus redimere et acquitare. In cujus rei testimonium et munimen praesentes litteras feci ego Eustacius sigilli mei appensione roborari. Et quia ego Mathildis proprium sigillum non habeo, sub sigillo domini mei et karissimi mariti mei domini Eustacii praedicti personam meam comprehendo. Actum anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo nono, mense Julio.

LXXXVIII.

Urkunde über ein erhaltenes Darlehen [1]). Vom Jahre 1251.

Guido comes Flandriae et Mathildis comitissa Flandriae omnibus praesentes litteras inspecturis salutem. Notum facimus, quod nos debemus *Andreae* de *Housdaing* de Attrebato septingentas et quadraginta libras parisienses, quas ipse nobis et mutuo gratis de propria sorte sua tradidit et credidit in pecunia bona et bene numerata ad magnam nostram necessitatem, quam pecuniam reddere et solvere promittimus, et tenemur quilibet nostrum in solidum dicto] Andreae vel ejus mandato apud Attrebatum, ad proximam feriam quartam post medium mensis Martii proxime venturi. Et si exinde deficeremus, omnia dampna, *custas* et expensas, quas ipse Andreas per defectum solutionis nostrae curreret, erogandum teneremur vel *ballivus* aut litigando in foro ecclesiastico vel mundano, sive alio quocunque modo pro dicto debito requirendo et rehabendo; ei vel ejus mandato restitueremus apud Attrebatum cum debito praedicto super suum dictum absque alia probatione quacunque nec prohibitione alicujuscunque personae dimittemus, quin conventionem istam firmiter teneamus. Hanc autem conventionem praedictam creantavimus dicto Andreae fideliter adimplere et tenere. Et exinde omnia bona nostra tam praesentia quam futura posuimus in jus, legem et abandonum, erga quemcumque justiciarium sicut Andreas voluerit antedictus, nostris corporibus exceptis; renunciantes et super his omni privilegio cruce signatis et cruce signandis dato vel dando, omni respectui a quacunque persona concesso vel concedendo et ceteris omnibus et singulis, quae possunt objici contra hoc instrumentum vel factum. Et sciendum est, quod haec tota pecunia praedicta cum ipsa conventione deponitur in manu Symonis Parvi et in manu Johannis de Husdinia

1) Nach dem Originale im Prov.Archive zu Gent.

Digitized by Google

ad opus Andreae antedicti. Quod ut ratum teneatur et firmum praesentibus litteris sigilla nostra apposuimus.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo feria sexta proxima ante festum annunciationis beatae mariae Virginis mense Martii.

LXXXIX.

Verkauf eines Grundstücks auf Rente mit reservirter Gerichtsbarkeit [1]). Im Jahre 1259.

Universis praesentia visuris fr. J. dictus abbas et conventus de Bodelo cisterciensis ordinis salutem et bonorum suffragia: Noverint universi, quod nos confitemur ac protestamur: quod dilecti nostri scabini Gandenses nobis et ecclesiae nostrae contulerunt ac concesserunt mansum sive fundum, in quo sita est domus cujusdam domini *Lamberti* capellani sancti Jacobi Gandensis, cum suis appenditiis et viginti quinque pedes fundi proxime jacentis ex parte boreali et ex alia parte domus praedictae et appenditiorum versus ecclesiam Sancti Jacobi sive terram *Lennoti Divitis* quinquaginta pedes et ex parte posteriori versus *Lisam* sexies viginti et quinque pedes, sub anno censu ab ipsa villa Gandensi possidendum videlicet quadraginta sol. flandr. novorum ipsi villa Gandensi singulis annis in assumptione beatae virginis ab ecclesia nostra de Bodelo persolvendorum hoc modo adjecto, quod justicia villae praedicta sive scabinatus ipsius villae Gandensis in locis praedictis poterit exerceri, clamari faciendo, homines arrestando in locis praedictis, homines deducendo ab eisdem, et talia, quae ad laicalem justitiam pertinent sive ad scabinatum ipsius villae Gandensis, ibidem exercendo, sicut in aliis villae Gandensis locis, ipsa justitia laicalis sive scabinatus ipsius hactenus consueverit usitare. Et si vero contigerit, quod aliquis delinquens sive debitor alicujus ad praedicta loca confugerit, quod in dictis locis occasione alicujus privilegii nostrae Ecclesiae vel ordinis nostrae concessi, nec occasione indulgentiae alicujus possit defendi, confugiens ad praedicta: quin a locis praedictis possit per justitiam villae Gandensis extrahi et deduci, et in ipsum confugientem laicalis justitia exerceri, quae omnia et singula, prout sunt superius proposita et narrata, volumus observare et promittimus in futurum firmiter observare, nullum jus in dictis locis contra praedicta, nobis vel ecclesiae nostrae vindicando, volentes et consentientes

1) Aus dem eisernen Koffer im Archive der Stadt Gent. Layette T. nr. 5.

Digitized by Google

ut in dictis locis, nec nos nec ecclesia nostra, aliquo privilegio impetrato vel impetrando, aliqua indulgentia nobis concessa vel ecclesiae nostrae, in posterum concedenda uti contra praedicta aliquatenus valeamus. Renunciantes omni privilegio, omni graciae, omni indulgentiae, omnibus consuetudinibus, omnibus defensionibus tam facti quam juris, et omnibus aliis juribus, quae ad veniendum contra praedicta in toto vel in parte, nos juvare possint vel deberent. Et ut haec firma in posterum permaneant praesentes litteras sigillo nostro fecimus roborari. Datum et actum anno domini m. cc. quinquagesimo nono, feria quarta post festum beati Luci evangelistae.

XC.

Urkunde über einen Verkauf und Besitz-Uebertragung vor den Schöffen in Brügge [1]). Im Jahre 1260.

Universis tam praesentibus quam futuris praesentes litteras inspecturis, Walterus magnus, miles, Egidius de Lapscure, Nicolaus filius domini Willemanni de Oestkerke militis, Ghiselinus filius Lammini, Theodoricus Vos, Woubertus de Ysendika, Walterus filius domini Aketti, salutem in domino. Noveritis quod in nostra praesentia, constituti in scabinos super hoc vocati, Adelisa relicta Egidii filii Imimen; Christianus Egidius et Walterus ejus filii; Helota uxor Walteri, Margareta uxor Egidii de sua libera voluntate vendiderunt, tradiderunt et werpiverunt dominae Elisabeth relictae Nicholai Walkiers triginta duas mensuras terrae et octo virgas et dimidiam parum plus vel minus jacentes in officio de Dutzela prope motam de *Latthem*; cum censu viginti novem denariorum, pro quadam pecuniae summa sibi totaliter persoluta. Quam terram dicti venditores promiserunt pro se et suis heredibus coram nobis in scabinos super hoc vocatis et quilibet eorum in solidum ipsi emptori et suis heredibus contra omnem hominem et ab omni calumpnia legitime defendere et garandizare. In cujus facti memoriam praesentes litteras sigillis nostris duximus sigillandas. Datum anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo, sabbato ante nativitatem beatae Mariae virginis.

1) Nach dem Originale im Stadtarchive zu Brügge.

Digitized by Google

XCI.

Unterbelehnung mit dem Zehnten von Ostende [1]). Im Jahre 1266.

Universis praesentes litteras inspecturis Johannes de Oudennarda dominus de Rosoit miles salutem in domino sempiternam. Noverint universi, quod dominus Egidius dictus Canis miles et Agnes ejus uxor legitima una cum Thoma dicto Cane suo tutore seu curatore tam coram meis hominibus, quam coram hominibus dicti Egidii infra nominandis secundum curiae meae consuetudinem legitime creatus, ad submonitionem Jacobi dicti Pont ballivi mei de Pamle litteris meis pendentibus loco mei constituti et per dictum meorum hominum seu judicium secundum meae curiae consuetudinem loco mei recepti meorum hominum dicto judicio seu sententia mediante werpiverunt effestacaverunt quandam decimam, quam a me tenebat in feodum, quae decima jacet apud Oestende in officio Brugensi et quae decima vocatur *Oestende leed* et quae decima se extendit versus occidentem usque ad Spoyam, ubi nunc manet Walterus filius Symonis infra parrochiam sanctae Mariae de Testreep, versus orientem autem se extendit in quantum se extendit villa de Oestende versus meridiem vero usque ad aquam, quae vocatur Hee et ita quicquid jacet nunc vel acquiri poterit versus partes septentrionales computando in decima praedicta quicquid hactenus dominus E. praedictus, infra dictum ambitum seu terminos proxime notatos recipere consuevit, loco decimae se de ea legitime exuendo et exeundo secundum meae curiae consuetudinem hominum meorum dicto seu judicio in quolibet articulo praenotato legitime mediante plene et libere eandem decimam integraliter cum omni jure, quod habebant vel habere poterant in eadem in manibus praedicti Jacobi ballivi mei mediante judicio meorum hominum legitimo reportando ad opus Petri dicti Bonins et Alardi dicti Lams oppidanorum Brugensium, qui Jacobus ballivus meus praedictus de meo mandato speciali investivit praedictum Egidium dictum Canem legitime de eadem decima cum omni jure ejus a me ab ipso in feodum tenenda, secundum meae curiae consuetudinem legitimo meorum hominum judicio mediante, sub hac forma scilicet: ut dicto Petrum et Alardum quemlibet pro dimidia de eadem investiret, qui Egidius dictus Canis praedictus de consensu et bona voluntate Thomae dicti Canis pro se suisque heredibus dictos Petrum et Alardum quemlibet pro dimidia de dicta decima et omni eo, quod nomine di-

1) Nach dem Originale im Prov.Archive zu Gent.

Digitized by Google

ctae decimae colligi consuevit, vel recipi vel in futurum speratur pleno jure pro se suisque heredibus recipientes eandem ab ipso in feodum tenenda perpetuo ac hereditarie possidenda ab eisdem pacis osculo, ut moris est, interveniente legitime investivit secundum dicti Egidii et meae curiae consuetudinem judicio tam meorum hominum, quam dicti Egidii legitimo mediante. Isti fuerunt homines mei Johannes de Melden, Boidinus dictus Lupus, Gosinus Goberd. Et isti fuerunt homines dicti Egidii, Thomas dictus Canis, Robertus dictus Caeliau, quorum omnium judicio prout eis legitime competebat praedicta universa et singula legitime agebantur. Praeterea dictus dominus Egidius una cum sua uxore obligaverunt specialiter omnia bona sua feodalia, quae a nobis tenent jacentia in officio Brugensi ipsis P. et A. pro garandizatione dictae decimae de nostro consensu et assensu salvo nobis et heredibus nostris in omnibus jure nostro. Actum Brugis in domo domini Uldrici, canonici beati Donatiani Brugensis, qui locus meo ballivo legitime exstitit commodatus a ballivo Brugensi, super hoc habente potestatem, in praesentia dominae meae Fland. et Hayn. comitissae propter hoc specialiter convocatorum: scilicet Symonis dicti Munters, Ravenni dicti Dauwilds, Johannis Oluerdoens, Walterus Goederycs et Johannes de Dudzele. In cujus rei testimonium praesentes litteras sigillo meo munivi. Datum anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto mense Aprili.

XCII.

Verkaufs- und Traditionsurkunde, ausgestellt mit Rücksicht auf das röm. Recht, von den Freischöffen der Chatelenie von Brügge [1]). Im Jahre 1271.

Universis literas inspecturis decanus christianitatis Brugensis in domino salutem. Noverit universitas vestra, quod in praesentia nostra propter hoc specialiter constituti Johannes dictus Mont et Adelisa ejus uxor recognoverunt et spontaneae confessi fuerunt, se bene et legitime vendidisse Ecclesiae sancti Andreae juxta Brugis quinque linas et unam mensuram et dimidiam terrae parum plus vel minus, jacentis in parochia de *Leffinghe:* cujus terrae quinque linae praedictae jacent juxta mansum Johannis *Salperes,* et nominantur *Hokemeet,* et mensura et dimidia praedictae jacent in *volckestic* super *noordhende,* pro quadam certa pecuniae quantitate

1) Aus dem Prov.Archive von Westflandern zu Brügge.

Digitized by Google

ipsis a dicta Ecclesia plenarie persoluta, prout dicti Johannes et Adelisa coram nobis confessi fuerunt, et ipsam Ecclesiam in veram et vacuam possessionem dictae terrae induxisse, de qua terra recognoverunt, se coram *francis scabinis* officii Brugensis legitimam werpitionem et effestucatione secundum consuetudinem et plenam legem patriae ad opus dictae Ecclesiae, prout decuit, fecisse, dictas solemnitates venditionis, werpitionis et effestucationis in manus D. Popponis monachi dictae ecclesiae ad opus ipsius Ecclesiae coram nobis iterantes, promittentes fide media, et sub suis juramentis ab ipsis corporaliter praestitis dictae ecclesiae nomine venditionis praedictae contra quoscumque garandissare et ipsam Ecclesiam super eadem ab omni calumnia et exactione qualibet quitam et liberam de caetero observare. Et renunciaverunt sub fide et juramentis ab ipsis corporaliter praestitis voluntarie et expresse omni juris et legum auxilio, *exceptioni non numeratae pecuniae* et *non solutae, exceptioni doli mali*, *vis* et *metus*, omni statuto cujuslibet patriae sive loci, et omnibus *exceptionibus juris et facti*, per quas dictam venditionem possent impugnare vel contravenire, et per quas effectus praesentium posset in aliquo differri vel impediri. Et dicta Adelisa per propriae fidei interpositionem, et sub suo juramento prius recepto firmavit, ac promisit, quod nullum jus amplius in dicta terra nomine dictae venditionis, ratione *suae dotis* aut *donationis propter nuptias* reclamabit, aut reclamari procurabit per se aut per alium, seu ratione sui usufructus. Quibus itaque actis praefati Johannes et Adelisa praedictam terram a saepedicta Ecclesia receperunt in perpetuam *Emphiteosim* pro quadraginta solidis flandrensibus ipsi Ecclesiae pro una medietate ad festum natalis Beati Johannis Baptistae et pro alia medietate ad festum Beati Remigii singulis annis cum pleno relevio, dum contingat persolvendis: alioquin concesserunt se posse a nobis vinculo excommunicationis innodari, se et sua quantum ad praemissa obligantes et nostrae jurisdictioni et coërcitioni penitus supponentes ubicumque ipsos contigerit commorari. Et condictum fuit, quod praedicti Johannes et Adelisa poterunt, si velint, praedictam terram quitare et liberare infra quinquennium proximo subsequens ab emphiteosi seu censu antedicta, mediante alio assignamento aeque bono, laudabili et competenti ad aliam terram in officio de Ghistella seu Camerlingi, ipsi Ecclesiae ad aestimationem duorum proborum virorum a dictis partibus ad hoc eligendorum infra praedictos quinque annos faciendo. Actum et datum anno domini MCCLXX primo sabbatho ante divisionem apostolorum.

Digitized by Google

XCIII.

Urkunde über den Empfang eines Darlehens und dessen Zurückzahlung au porteur [1]). Im Jahre 1276.

Nous Margherite contesse de Flandres et de Haynau, et je Guis ses fius, cuens de Flandre et marchis de Namur, faisons sauoir a tous, ke nous prometons et auons encouent a rendre a nos chiers amis et chier scrjant Phelippon de Bourbourch, seigneur de Verlenghehem, Jehan Boene, Broke Richart dou Markiet, Jehan de France, Jakemon Pourchiel, Watier Piedragon, Jehan Piketc, Pieron Saubi, et Symon Malet, nos bourgois de Douai, trois mile sis cens soissante et quatre liures de nostre monnoie de Flandre, des queus deniers il se sont establi deteur, pour nous enuers nos boens amis Robiert le Blont Jakemon le Blont et Baudon Crespin citoiens d'Arras. Et ces deniers deuant dis nous leur auons en convent à rendre et à paier à nostre reenenghe ki sera l'an del Incarnation mil deus cens soissante et dix et siet, et tous cous et damages k'il aroient et feroient par le defaute de nostre paiement sans le principal dette amenrir. Je mandons et commandons à nostre recheueur de Flandre keconkes le sera et à ceaus ki seront à nostre renenghe deuant dite, quil paient et deliurent à Phelippon et à ses compaignons deuaut dis *u a celui ki ces presentes lettres vous deliurera,* ces trois mile sis cens soissante et quatre liures et tous les cous et damages, quil aroient fais par le defaute dou dit paiement ensi ke dit est, et de tant il se deliureront enuers nous par mi ces présentes lettres, quil nous renderont. En tiesmoignage de la quel cose nous auons mis nos seaus à ces présentes lettres, ki furent donnees l'an del Incarnation m. cc. soissante et seze, le mardi deuant le assumption nostre Dame.

XCIV.

Gutachten nach römischem Rechte, dass eine Schenkung unter Lebenden durch ein Vermächtniss nicht widerrufen werden könne [2]). Im Jahre 1280.

Universis praesentes litteras inspecturis, fratres Jacobus dictus de Basieu de ordine fratrum minorum, et frater Egidius, dictus de

1) *I. Cartulaire de Flandre Pièce* nr. 205.
2) Nach dem Originale im Prov.Archive zu Gent.

Digitized by Google

Lessines, de ordine fratrum praedicatorum, salutem in domino sempiternam. Universis et singulis significamus, quod cum quaestio verteretur inter dominam Philippam dictam, dominam de Marchenghi et alias executores dominae Margarethae quondam dictae dominae de Beverne ex una parte et inter Magistrum Johannem dictum Fomart de Duaco ex alia parte super quadam donatione facta magistro J. praedicto a domina de Beverne praedicta, in vita sua, quam *donationem inter vivos* factam jam in manus sororis praedicti magistri J. ad opus ipsius magistri per justiciam laicalem, dicta domina de Bevera simpliciter transtulerat: quam donationem tamen domina Ph. praedicta et alii executores existimabant revocatam a domina praedicta de Bevera eo, quod in *testamento suo* post modum *legavit* praedicto magistro aliam summam pecuniae, tantam aut majorem. Insuper et dixerat, praedictam donationem non ita cito profuturum magistro J. praedicto, sicut ipsi expedirent. Cum igitur ita audierimus et acceperimus nec nobis liceat aliquid ultra veritatem acquisitam per verba partium definire, et cum a nobis sit requisitum a partibus praedictis secundum arbitrium nostrae conscientiae definire: dicimus et arbitramur secundum audita et prius tractata [1]), sine praejudicio melioris sententiae: *jus praefatae donationis ad magistrum Johannem praedictum pertinere, nec ipsam revocatam credimus, per verba dominae dictae de Bevere in legando ei legatum proprium in ultima sua voluntate,* maxime cum haec nec verba sonent, nec justitia exigit, *aliquam donationem* factam *inter vivos* posse *revocari* sine assensu ejus, cui facta est donatio: et praecipue cum talis donatio non excedens videatur meritum accipientis neque facultatem aut gratiam largientis. Datum anno domini MCCLXXX in die beatae Margarethae virginis, in cujus dicta nostri testimonii sigilla nostra duximus apponenda.

(Die Siegel hängen noch daran.)

XCV.

Eine Quittung [2]). Vom Jahre 1298.

Universis ad quos praesentes litterae perveniunt Hermannus de Wandelgem miles cum notitia veritatis salutem. Notum facimus singulis et universis, quod nos quittamus, quittum clamamus

1) Ch. *tacta.*

2) Im Prov.Archive zu Gent.

Digitized by Google

et absolutum nunciamus nobilem virum dominum *Ghyonem* comitem Flandriae, nec non marchionem Namurcensem pure et simpliciter de omni causa seu petitione, quam quidem petimus vel petere possumus de servitio nostro, eidem tempore guerrae et Gandavo facto, videlicet de expensis in hospitio habitis, dampnis et morte famulorum et equorum ceterarumque omnium petitionum sine fraude et dolo quolibet et exceptione quarumlibet rerum aliarum, unde vel nos vel aliquis pro nobis pro dicto servitio petet aut petere debebit, praesentium testimonio litterarum nostro sigillo munitarum. Datum anno domini MCC nonagesimo octavo in die beatt. Philippi et Jacobi Apostolorum ultimo Majo.

XCVI.

Andere Formeln von Quittungen [1]). Vom Jahre 1293.

1.

Noverint universi praesentes litteras inspecturi, quod ego Bonifacius de *Vercellis*, legum doctor confiteor me recepisse et habuisse a Magistro Gerardo clerico illustris principis, domini comitis Flandriae decem libras parisienses. In cujus rei testimonium sigillum meum duxi praesentibus litteris apponendum. Datum anno domini MCC nonagesimo tertio die lunae post dominicam, qua cantatur *Reminiscere*.

2.

Noverint universi, quod ego Johannes de *Luteto* legum professor habui et recepi a nobili viro domino comite Flandrensium per manum clericorum suorum decem libras parisienses de pagamento praesente, de quibus me teneo propagato. In cujus rei testimonium praesentes litteras dedi sigillatas sigillo domini Hamonis de *Provins* legum professoris ad requisitionem meam, quia sigillum proprium non habebam. Datum anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo tertio die lunae post dominicam *Reminiscere*.

1) Im Prov.Archive von Ostflandern zu Gent.

Digitized by Google

XCVII.

Aufzeichnungen verschiedener Verträge der Gräfin von Flandern [1]). Vom Jahre 1260.

1. Anno domini millesimo cc. lx. dedit domina mea comitissa litteras, quod consentiret venditioni xl et quinque mensurarum terrae feodalis, factae monasterio de Claro Marisco a Mich. de Turri, et quod posuit baillivum suum Casletensem loco sui ad investiendum dictum monasterium de dicta terra, tenenda a domina comitissa sub annuo censu duodecim denariorum Flandriae monetae.

2. Item eodem anno data fuit littera, quod domina comitissa consensit venditioni tertiae partis decimae jacentis in parochia de Rosebeke, quam Lambekinus fecit ecclesiae Tornacensi et quam tenebat de dicta domina in feodum, et quitavit dicta domina dictam decimam ab omni servicio feodali et onere alio quocumque.

3. Item eodem anno data fuit littera Johanni filio domini Sucheri de Broco in territorio Furnensi super venditione octoginta septem mensuras et octoginta septem virgas terrae jacentis in parochia de Polinchove et de Ostfleterne, quae terra vocatur Curedragh, facta ad legem, cognita necessitate a domino Johanne de Scridelbeke ipsi J. de Broco, et quod domina mea comitissa investivit eum de dicta terra tenenda ab ipso et suis successoribus de dicta domina et ejus successoribus comitibus Flandriae.

4. Item data fuit littera priori et fratribus vallis scolarum in Montibus, quod Gillebertus presbyter de Lestines contulit ipsis tria bonaria terrae jacentis in parochia de Lestines et adheredavit et investivit eos de dicta terra, ita quod dictus presbyter debet, quoad vitam suam percipere fructus dictae terrae, et post mortem dicti presbyteri ratione aut terrae tenebuntur solvere de quolibet bonario duodecim denarios monetae Hayn. ad subsidium manufacturarum et custum dictae villae de Lestines.

5. Item eodem anno in crastino Magdalenae data fuit littera ecclesiae de Crispinio, quod secundum inquisitionem factam per dominum Th. de Thiaus et Martinum Ballivum Haynoniensem homines sancti Landelini, manentes apud Montegni non teneantur domicellae de Angre ad solutionem talliae. Et hoc prius judicatum erit per homines dominae meae comitissae.

---

1) Aus dem ersten *Cartulaire de Flandre* zu Lille, *Pièces* Nr. 175. u. 182.

Digitized by Google

6. Nos Margareta Flandriae et Haynoniae comitissa notum facimus universis tam praesentibus quam futuris. Quod nos pietatis intuitu et pro remedio animarum nostrarum dilectis nostris abbati et conventui de Monte sancti Eligii ordinis sancti Augustini concessimus, ut de rebus suis, quas ad proprios usus ducent vel deferent seu duci facient aut deferri per terram vel aquam nostram in propriis pedagiis nostris nullum Pedagium, Theloneum, Pontagium, Wienagium, seu quamcumque aliam costumam solvere teneantur, sed ab omni exactione hujusmodi et costuma liberi sint in perpetuum et immunes. Quod ut ratum permaneat et stabile in futurum, praesentem paginam sigilli nostri fecimus appensione muniri.

8. Item feria quinta post exaltationem sanctae crucis dedit domina comitissa litteras, quod posuit loco sui W. ballivum suum Alostensem ad quitandum Walterum Strevel de forefacto mortis Petri Eriet pro quindecim libris Flandrensibus.

9. Item in crastino exaltationis sanctae crucis data fuit littera, quod domina comitissa secundum tenorem cartae domini Ingelberti militis domini de Estamkerke consensit et approbavit quitationem et liberationem voluntatis tailliandi homines villae de Brocles et homines appendiciorum dictae villae, habentes bona sua sub fundo abbatis de Ende, pro quindecim libris Flandrensibus eidem domino J. singulis annis in festo sancti Remigii solvendis a praedictis hominibus.

Digitized by Google

Digitized by Google

Interessante Verträge,

nach Originalurkunden

des ehemaligen Frauenstiftes Sueveke

bei Termonde [1]).

1) Aus einem dem Herrn Canonicus De Smet in Gent gehörenden Cartular dieses Stiftes.

Digitized by Google

Digitized by Google

XCVIII.

Donatio Margaretae et confirmatio de pago Appels [1]. *Novembris* 1230.

Ferdinandus Flandriae et Hannoniae comes et J. uxor ejus Flandriae et Hannoniae comitissa, omnibus praesentes litteras inspecturis salutem. Noverint universi, quod Margareta domicella de Tenremunde in praesentia nostra et hominum nostrorum constituta totum feodum, quod de nobis tenebat apud Aples in manus nostras spontaneae reportavit et absolute et coram nobis et hominibus nostris werpivit et effestucavit, nos vero divinae pietatis intuitu ad preces ipsius domicellae dictum feodum contulimus in perpetuam elemosinam abbatiae de Tenremonde cisterciensis ordinis apud Sueweke perpetuo tenendum eo modo penitus, quo ipsa domicella praedictum feodum tenebat, ab omni servitio ipsum feodum pro nobis et successoribus nostris quitantes, in cujus rei testimonium praesentem paginam sigillis nostris fecimus roborari. Actum anno domini M. CC. trigesimo mense Novembri.

XCIX.

Emptio quatuor bonariorum in Buggenhout a Gozuino Ruffo et ejusdem donatio duorum manipulorum decimae. Mai 1237.

Noverint universi praesentem paginam visuri vel audituri, quod vir nobilis Sigerus miles dictus de Gandavo et uxor ipsius Oda de Grintbergis licentiaverint cuidam homini suo Gozuino Ruffo agnomine de Bugghenholt, quod ipse Gozuinus vendidit abbatissae et conventui in Suiveke quatuor bonaria terrae sitae in loco, qui dicitur Grotevarnt dictusque conventus hereditario jure possidebit a dicto Gozuino quatuor bonaria praedicta et persol-

1) Die lateinischen Rubriken der Urkunden sind aus dem Cartular selbst beibehalten worden.

Digitized by Google

vet ipsi Gozuino annuatim quatuor denarios Flandrensium censuales. Saepedictus etiam Gozuinus dicto conventui contulit in elemosinam duos manipulos decimae de quatuor bonariis terrae praedictis. Ut autem ea, quae dicta sunt, maneant inconvulsa et non labantur simul cum tempore, ipse Sigerus miles praedictus appensione sigilli sui praesentem litteram roboravit. Testes hujus rei sunt homines dicti domini Sigeri, videlicet Sigerus dictus Hobosch, Henricus de Suttench, Walterus Morant, Impinus, filius Sabinae, et alii clerici et laici, qui interfuerunt praedictis. Actum anno domini MCCXXX septimo mense Maio.

C.

Approbatio Roberti de terra empta ab Herbrando. 29. Decembris 1237.

Ego Robertus Attrebatensis advocatus Bethuniae et Teneremundae dominus notum facio universis praesentes litteras visuris, quod homines mei in praesentia mea constituti testificati sunt, quod Walterus dictus Salege de terra, quam emit erga Herbrandum de Succert, quam dictus Herbrandus tenebat in feodum de domina Mathilde matre mea bona memoria fructus percipere poterit, quoad vixerit; ipso vero de medio sublato nullus heredum suorum in dicta terra aliquid juris sibi poterit vindicare, sed abbatissa et conventus de Teneremunda dictam terram libere et absolute possidebunt. In cujus rei testimonium praesentes litteras sigilli mei feci appensione roborari. Datum Teneremundae anno domini MCC trigesimo septimo feria quarta post natale domini.

CI.

Donatio XXX solidorum annue a Margareta domina de Woume super allodium in Masseme. 29. Martii 1245.

Universis praesentes litteras visuris, Margareta nobilis mulier domina de Woume, salutem in eo, qui salvos facit rectos corde. Universitati vestrae innotescat, quod ego dedi abbatissae et conventui de Sueveke prope Teneremundam ordinis cisterciensis ad anniversarium meum et Joannis bonae memoriae dilecti filii mei XXX solidos Flandrensis monetae annuatim ad festum beati Remi-

Digitized by Google

gii persolvendos, qui denarii cedere debent ad pitanciam vini, insuper praedictos denarios super allodium meum apud Masmine assignavi accipiendos. Ut autem istud firmum et ratum permaneat praesentes litteras sigilli mei munimine roboravi, testes vero hujus donationis sunt, nobilis mulier, domina de Racenghem Mathildis, filius suus Gerardus de Sottenghem, dominus de Racenghem, frater suus dominus Robertus, soror praedictorum nobilium domicella de Racenghem Mathildis, dominus Michael de Bernet. Actum apud Sueveke anno domini MCCXLV feria quarta post annunciationem beatae dei genitricis Mariae mense Martio.

CII.

Emptio VIII bonariorum et 555 virgarum Nemoris de Waranda a Roberto et Elisabeth. Julii 1245.

Nos, ego Robertus Attrebatensis, advocatus Bethuniae et Teneremundae dominus, et Elisabeth, uxor mea carissima notum facimus universis praesentes litteras inspecturis, quod nos vendidimus bene et legitime carissimis nostris in Christo religiosis mulieribus abbatissae et conventui de Suiveke prope Tenremondam cisterciensis ordinis, octo boneria et trecentas virgas nemoris parum plus parum minus, quod nemus publice vocatur Waranda eisdem in francum allodium libere et sine exactione aliqua, salva alta justitia, quam nobis et heredibus nostris ibidem retinemus, jure hereditario perpetualiter pacifice possidenda pro pretio centum quinquaginta septem librarum et quindecim solidorum Flandrensis monetae, quod pretium nos integraliter recepisse recognoscimus in pecunia numerata. In dicto vero nemore nos sive heredes nostri nihil juris omnino excepta alta justitia praenominata a modo poterimus reclamare, sed omne jus et dominium et quidquid ibidem habebamus, vel habere poteramus, salva jam dicta alta justitia dictis religiosis mulieribus pro nobis et heredibus nostris penitus quitavimus et quitamus, ut autem dicta venditio perpetualiter firma permaneat et robusta dedimus praedictis Abbatissae et conventui praesentes litteras sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum anno domini MCCXL quinto mense Julio.

Digitized by Google

CIII.

Commutatio altarum justitiarum villae de Appels pro quinque bonariis terrae de Woestine. Junii 1248.

Universis praesentes litteras inspecturis Robertus Attrebatensis advocatus Bethuniae Thenremondae dominus salutem in domino universitati vestrae notum facimus, quod cum religiosae mulieres et in Christo nobis carissimae abbatissa et conventus de Suiveka prope Theneremondam cisterciensis ordinis in tota villa de Appels, excepto in hereditate nostra et in servis nostris, quos ibidem habemus, omnem justitiam tam altam, quam bassam habeant, nos ad petitionem ipsarum in dicta villa et in viis ipsius villae quinque altas justitias: videlicet raptum, murtrum, incendium suspensionem, latronum vim, per commutationem quinque bonariorum terrae jacentis in parochia de Apples in loco, qui dicitur Woestine, quae propter hoc ipsis contulimus, acquisivimus ab iisdem tenendas in perpetuum et libere possidendas; omnes vero alias justitias praeter quinque praedictas dictae religiosae sibi perpetuo retinuerunt in villa superius nominata exceptis hereditate et servis nostris, in cujus rei testimonium fecimus praesentes litteras sigilli nostri appensione roborari. Actum anno domini MCCXL octavo mense Junio.

CIV.

Donatio terrae de Laer a Michaele Presbitero de Appels. 1273.

Universis praesentes litteras visuris L. decanus et capitulum ecclesiae Teneremondensis salutem in domino sempiternam. Noverint universi, quod dominus Michael presbiter de Appels in nostra praesentia constitutus, contulit monasterio de Zuiveke in elemosinam pro salute animae suae et animarum parentum suorum totam terram suam sitam in loco, qui dicitur *Laer*, sive sint pasturae seu terra arabilis, ad ipsum presbiterum ex patrimonio suo spectante a festo penthecostes proximo venturo instanter pleno jure perpetuo possidendam; promisit etiam dictus dominus Michael bona fide, quod dictam collationem infra praedictum terminum coram domino terrae Tenremondensi et scabinis innovabit et ipsum monasterium in dictam terram instituit vel institui faciet,

Digitized by Google

sub expensis et custu propriis, cum omni sollempnitate et forma, quae solent in talibus adhiberi et ad hoc omnia bona sua tam mobilia, quam immobilia dicto monasterio obligavit; et si forte contigerit, quod dictus dominus Michael non fecerit, ut promisit, voluit tamen, quod praedicta collatio rata sit et perpetuam habeat firmitatem renuntians exceptioni de fraude et dolo et omni exceptioni juris et facti, usûs et consuetudinis, per quam dicta collatio infringi posset aut retardari. In cujus rei testimonium et munimen sigillum nostrum una cum sigillo dicti domini Michaelis praesentibus est appensum. Actum anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo tertio feria quinta post dominicam, quae cantatur *Reminiscere*.

CV.

Transactio cum abbatissa et conventu de Boscho super decimis in hosdine pro summa XVI lib. et X solidis annuatim. Mai 1291.

Universis praesentes litteras visuris fratres Wal. de Grandi prato et Jac. de loco sancti Bernardi monasteriorum dicti, abbates ordinis cisterciensis, judices a generali capitulo cisterciensi dati, salutem in domino sempiternam. Noveritis, quod cum lis seu controversia verteretur coram nobis auctoritate praedicti capituli generalis, inter religiosas mulieres videlicet abbatissam et conventum de Boscho juxta Hosdine, Tornacensis dyocesis, ex una parte et abbatissam et conventum de Zuiveke juxta Tenremondam, Cameracensis dyocesis ex altera ordinis praedicti, super quibusdam decimis novalium, praevenientibus in parochia de Hosdine supradicta, quas decimas abbatissa et conventus de Zuiveke ad se et suum monasterium pertinere asserebant pro ea parte, qua veteres ipsas attingebant in parochia praedicta ratione privilegii ipsis super hoc a sede apostolica concessio perceptis a dictis abbatissa et conventu de Zuiveke, ipsis quoque abbatissa et conventu de Boscho contrarium asserentibus; nos considerantes utilitatem monasteriorum partium praedictarum ad parcendum laboribus et expensis propter bonum pacis, de consensu et voluntate earundem partium praedictam litem et controversiam terminavimus in modum, qui sequitur videlicet: quod abbatissa et conventus de Boscho praedictae pro veteribus decimis dictarum abbatissae et conventus de Zuiveke una cum novalibus praedictis in dicta parochia de Hosdine consistentibus, dabunt et dare tenebuntur in

Digitized by Google

perpetuum dictis abbatissae et conventui de Zuiveke annis singulis sedecim libras et decem solidos parisiensium seu flandrensium novorum, monetae cursilis et pagabilis pro tempore in Gandavo et in partibus illis, ubi sitae sunt decimae praedictae communiter currentis, solvendis ipsis abbatissae et conventui de Zuiveke a dictis abbatissa et conventu de Boscho praedicto in Mayo absque qualibet difficultate, ipsis partibus nostram ordinationem praedictam ratam et gratam habentibus et eam approbantibus, fidè et juramento ab ipsis praestitis, quod contra dictam ordinationem per se vel per alium seu alios, vel alias non venient in futurum, renuntiaverunt dictae partes omni juris auxilio canonici et civilis, omnibus privilegiis obtentis et obtinendis, omnibus exceptionibus doli mali, beneficio restitutionis in integrum, ceterisque ordinationibus et cavillationibus, per quas dicta ordinatio infringi posset aut impediri; quare dicta abbatissa et conventus de Boscho praedicta recognoverunt coram nobis et adhuc recognoscunt se et suum monasterium praedictum teneri singulis annis ex causa praedicta abbatissae et conventui de Zuiveke praedicto in perpetuum in sedecim libris et decem solidis monetae supradictae in Mayo ipsis a dictis abbatissa et conventu de Boscho persolvendis, praedicta quoque abbatissa et conventus de Zuiveke omnes veteres decimas, quas huc usque perceperunt et omne jus, quod eisdem in novalibus competit, competiit seu competere poterit, quoquo modo in parochia de Hosdine memorata transtulerunt et recognoverunt coram nobis, se transtulisse in dictas abbatissam et conventum de Boscho mediante censa seu summa pecuniae superius nominata, quas veteres decimas dicta abbatissa et conventus de Zuiveke dictis abbatissae et conventui de Boscho tenentur perpetuo garandire adversus quoscumque. In cujus rei testimonium sigilla nostra ad preces dictarum partium una cum sigillis ipsarum videlicet abbatissae et conventus de Boscho et abbatissae et conventus de Zuiveke in signum consensus et assensus earundem, praesentibus litteris sunt appensa nos fratres W. cisterciens es et J. Clarevallensis monasterii, dicti abbatis auctoritate paterna, ad preces dictarum partium in signum confirmationis et approbationis praemissarum praesentibus litteris sigilla nostra opposuimus. Datum anno domini MCCLXXXX primo mense Mayo.

Digitized by Google

Urkunden

über

Hofdienstrechte in Flandern.

Digitized by Google

Digitized by Google

CVI.

Aufzeichnung der Rechte und Gebühren der Hofministerialen des Grafen von Flandern [1]).

Aus dem Ende des 14. Jahrhunderts.

A. Les droitures, que li contes de Flandres a sus le *prévost de Bruges* et le prévost sus le conte et conteit.

1) *Premièrement* quand il est esleut par les chanoignes, li assencement dou conte y doit intervenir, car il en est funderre.

2) *Item* il est home lige le conte de la prévosté; et l'en fist hommage Jehan de Culem, mil CCCLXXX et chincq le jour de la chaere saint Pierre.

3) *Item* y doit estre chancelier le conte.

4) *Item* il est réceveur et exactor de toutes les rentes de la province de Flandre.

5) *Item* il a la maitrise de tous les notaires, chapelains, clercs estans au service dou conte:

Ainssinc comme ces choses se prouvent par une lettre chi dessous escripte qui se commence, *Ego Robertus Dei misericordia* [2]).

6) *Item* y doit porteir le scel et garder.

7) *Item* y puet commettre à porter le scel à garder à personne jurée au conte, qui mie ne luy soit haygnouse ou soupechounouse.

8) *Item* y doit avoir le emolument dou scel, quand il en seele ou autre de par luy. *Alias non ut videtur in littera ibi et emolumenta sigillat ejusdem.*

Ainssinc comme ce apert par les lettres confermées dou Pappe, chi apres escriptes, qui commencent *Innocentius et C.* [3]).

9) *Item* y samble que avecques le conte y doit porter le scel partout et avoir les emolumens interins partout, selonc la coustume des terres.

---

1) Sie sind nichts anders als eine vollständige Abschrift des *Cartulaire oblong*, von fol. 3. an, im Departementsarchiv zu Lille.

2) Siehe die Urkunde bei Miraeus I. p. 359.

3) Ebendaselbst I. p. 421.

Digitized by Google

10) *Item* cil, cuy y commet la garde et le port, quant y s'absente, doit jurer au conte et a luy feauté.

11) *Item* en tous lieus, ou il est avecques le conte en renenghe ou dehors, il aura quinze souls de gaiges le jour et pour le soir vin et chandéles.

12) *Item* quant il siét à la renynghe sans le conte, ou il est en la fonction des dicts, il penra tous ceus, qu'il puet despendre en bonne foy.

13) *Item* quant il donne lettre ouverte à celuy, qui acensist la rente dou conte à temps, il ne pourrat prenre dou scel que xxviij deniers.

Ainssinc con ces choses furent accordées à la volenté d'eaux soulement, environ cent ans a, et appert et lettres, qui commenchent chi après. *Johanna Flandriae et Hainoniae comitissa* [1]).

14) *Item* il doit jurer, quant il est prévost nouvellement ce qui s'en suict.

Premier que il donnera les prouvendes de l'eglyse saint Donat, à personnes ydoines et telles, qui n'aient prouvendes en autres lieus.

b) *Item* il donne le *temporel* tant seulement par sa collation et li doiens de l'yglyse donne le *spirituel* à nouvel chanoingne.

c) *Item* que la tierce prouvende, qu'il donnera, il la donnera à personne proumue à ordre de prestre.

d) *Item* qu'il defendra les biens de l'yglise et gardera les status, coustumes approuvées et les priviléges de la dicte yglyse.

e) *Item* que il n'usurpera riens des biens de l'yglise, ne des chanoingnes.

f) *Item* que il sera feaux à l'yglyse.

g) *Item* que il ne se doit mie absenter hors dou prouvince de Flandre, se ce n'est pour cause de l'estude, de pélérinage ou de ses hostes, qu'il doit deffendre ou pour faire le suite de la court de Flandre.

Et chés choses chi dessus il jure ainssinc comme je trouve par anciennes escriptures.

15) *Item* y doit estre li tiers du consel.

16) *Item* il doit avoir tous ses despens, tant comme il est à la court dou conte sans tauxation.

17) *Item* tous li récevors de Flandre doivent estre si homme.

18) *Item* ils ne doivent venir à comptes ou renynghes, se il ne sont apiele par les lettres dou prévost, ne conter fors que devant luy.

1) Urkunde Nr. CVIII.

Digitized by Google

19) *Item* il doit conjurer et présider les regneurs en l'assence dou conte.

20) *Item* quant li contes est présent à ses comptes ou renynghes, il juge et ôt aussi com li autres regneurs et li conte conjure et apéle.

21) *Item* li prévoz doit tauxer le bley et avoine et toutes autres choses, que li receveurs doivent recevoir des rentes dou conte.

22) *Item* il doit avoir tous ses dépens à la renynghe et à Berghes et à Furnes en brisant les digues l'en ne puet brisier sans luy ou son certain message.

23) *Item* les arrierages de la renynghe il doit chacier eus et des autres choses avecques le tiers denier, qui suiens est.

24) *Item* je trouve, qui n'a recheu en l'ostel d'ou conte, fors ainssinne, comme li cognestables ou senescaux chy après escript [1]).

25) *Item* si li regneurs font aucun jugement, que mie ne deussent faire, on le puet apeleir de cel jugement devant le prévost de Bruges, le Bouteilleir de Flandres, le conestable, le Chambel. lench. Et ces choses trouve t'en par anciennes escriptures.

26) Et encoires a li Prevoz toutes ches droitures, seloncq le commun dit sont chi desous escriptes:

a) *Vint coupons* de candelles.

b) *Item* j turtin de ix paumes de lonc et d'une puignie de gros.

c) *Item* ij pos de vin dou melleur.

d) *Item* ij de l'autre pour sa mesnie tel que on sert par l'ostel.

e) *Item* xij souls de wages (d. h. *gages*).

B. Hi sunt abbates, qui tenentur ad botas pelicias et pecuniam cancellariae [2]):

Abbas de Anchin	pelicias botas xx sol.
Abbas de Marchienes	pelicias botas xx s.
Abbas Scti Bertini	pelicias botas xx s.
Abbas Scti Winochi	pelicias botas xx s.
Abbas Scti Bavonis	pelicias botas xx s.
Abbas Scti Petri	pelicias botas xx s.
Abbas Scti Amandi	pelicias botas xx s.
Abbas de Heam	pelicias et botas
Abbas de Hasnon	pelicias et botas
Abbas de Affleghem	pelicias et botas.

C. Au *Senescal de Flandre.*

a) XX coupons de candelles.

1) Fol. 6.
2) Fol. 8.

Digitized by Google

b) Item i turtin de ix paumes de lonc et d'une pugnie de gros.

c) Item iiij pos de vin, ij dou melleur et ij de l'autre j'entens que che sont los.

d) Item xix deniers de wages; aucuns ont demandé vj deniers avecques.

e) Item xxiiij aunes de drap au Noël à l'aune de Flandre.

f) Item autant de drap à la Penthecouste.

g) Item ij fourures de gros vair de vij tieres.

h) Item une fourure de mantiel de ix tieres à cascuns des ij ficts.

D. Au seigneur de Morselede [1] le *soussenescal.*

a) Aveine à 5 chevaux.

b) Item wages iij souls.

c) Item coupons de candelles.

d) Item ij pos de vin l'un dou meilleur et l'autre de cel, dont on sert en l'ostel.

e) Item cent souls pour ses dras à cascuns terme dou Noel et de la penthecoste.

E. Au conestable [2] xx coupons de candelles. Item vin wages drap et de fourures ainssi comme au senescal.

Et dit que tous ches droitures li doublent en l'ost les doit avoir hors de la conteit commo dedans la conteit. Et maintient li conte qu'il doit estre baneries et y maintient le contraire pour ce soulement, que li botiliers, qui ai a celes droitures ne l'est mie.

Messire Robers . . . . . qui ore est conestables, en li recevant en foy et homage puust devenir bannerez à la requeste Messire et de ce pourust donner lettres tesmoins le seigneur de Saintvenant et moi. [3]

F. Au segneur de Gavre *bouteillier* [4] au treteil [5] comme au conestable et au senescal.

Item Williames de Landreghien fils monsieur Wautier de Landeghien, jadis bouteillier en l'ostel de Flandre, doit avoir en l'ostel de Flandre par la raison de le bouteillerie. Ainsi comme on a trouvey par bonne enqueste, sour ce faite par le commandement monsieur Guyon, conte de Flandre, marchis de Namur: si

1) Fol. 9.
2) Fol. 10.
3) Diess ist ein Zusatz von derselben Hand.
4) Fol. 11.
5) Diess muss wohl heissen: *à l'hosteil.*

Digitized by Google

librarum Parisiensium pro rachato Flandriae, si ipse habuerit heredes Flandriae. Et ex iis triginta millibus librarum debet rex habere viginti millia librarum, ea die, qua ipse ipsum inde saisierit, et antequam ipsum saisiat: et de aliis decem millibus librarum debet dare securitatem ad gratum regis, quod ei reddet illas infra annum a die, qua ipsum saisiet. Praeterea debet idem domino regi bonam facere securitatem de faciendo ei fideli servicio de *Terra Flandriae,* et de eo, quod pertinet ad regnum Franciae, et per amicos suos de Francia, et per barones et communias Flandriae; et quod nullo modo de fideli servicio faciundo regi deficiet, quamdiu rex facere ei voluerit rectum Curiae suae. Et si forte accideret, quod sancta ecclesia et dominus Papa non permitterent matrimonium esse, triginta millia librarum de rachato remanerent domino regi omnino quite, et sine contentione: nec dictus Inguerrannus, nec aliquis pro eo exinde posset aliquid requirere a domino rege: neque domicellae praedictae poterunt maritari, quin dominus rex bene sit securus ad gratum suum de eis, qui eas habebunt, de fideli servicio habendo de hiis, quae pertinent ad regnum Franciae. Et rex bene volet, quod Inguerrannus rehabeat vel ab illis, qui domicellas habebunt, vel de ipsa terra Flandriae, id quod ipse pachaverit pro rachato suo competenter. Et dictus Inguerranus debet perquirere erga comitem Namurci, et erga barones Flandriae, quod ipsi hoc velint, et super hoc requirant dominum regem. Et hoc, sicut dictum est, debet facere infra octavas beati Martini: neque rex extunc, in anteá ei teneretur, si id non posset facere infra terminum illum. Praeterea sciendum, quod hae conventiones factae sunt, salvis rachatis domini regis ad usus et consuetudines Franciae, si forte evenirent; tali modo, quod dictus Inguerranus teneret terram Flandriae in aquitamento quinque millium librarum per annum, si dotalitium reginae non veniret ad manum dicti Inguerranni. Et si dictum dotalitium veniret ad manus ejus, computarentur et in aquitamentum decem millia librarum per annum. Et si heres veniret, qui terram illam requireret, dominus rex eam non redderet, quousque dicto Inguerranno gratum suum factum esset de defectu anniatarum, qui deficerent de triginta millibus libris.

Ego Inguerrannus de Cociaco, notum facio omnibus praesentes litteras inspecturis, quod ego carissimo domino meo Philippo illustri Francorum regi super hominagium, quod ei feci, et super omnia, quae de ipso teneo, creantavi, quod si dominus meus rex Francorum per jus, et salva fidelitate sua, se poterit liberare de conventionibus, quas habet ad comitem Namurci, de domicellis heredibus Flandriae maritandis, prout in cartis inde

Digitized by Google

confectis continentur, postquam ipse a praedictis conventionibus erit, sicut debuerit, liberatus, ego prosequar ei conventiones hic subscriptas. Videlicet, quod pro domicellis eisdem habendis, et pro rachato Flandriae, dabo ei quinquaginta millia librarum Paris. de quibus reddam ei triginta millia librarum antequam de illis sim saisitus, et eum bene securum faciam, quod alias viginti mil. lib. ei reddam infra annum a die illa, qua praedictas domicellas mihi tradet. Insuper faciam ipsum bene securum per amicos meos, quos voluerit, et per barones et communias Flandriae, et per homines meos et communias de tota terra mea, quod nullo modo ei deficiam de fideli et debito servicio faciendo. Praeterea creantavi domino meo regi super homagium, quod ei feci, et super omnia, quae de ipso teneo, quod si praedictas domicellas sicut dictum est, mihi tradiderit, ego vel frater meus neutram illarum accipiemus in uxorem, quousque super hoc habeamus debitum assensum sanctae Ecclesiae, et quod, id constet domino regi pro certo. Quod si sancta Ecclesia non permiserit me aliquam illarum habere in uxorem, ego illas non dabo aliis in uxores, neque ponam extra manum meam, nisi per licentiam et voluntatem domini Regis, et quousque ipse bene sit securus de servicio Terrae Flandriae debito habendo: et quinquaginta millia libr. quas ego domino Regi pagavero pro rachato suo, ei remanebunt quite et sine contradictione aliqua; ita quod nec ego, nec aliquis alius pro me, dictam pecuniam a domino Rege poterimus requirere. Dominus autem Rex vult, quod si matrimonium de me stare non poterit, sicut dictum est, illi qui praedictas domicellas habebunt in uxores, quinquaginta millia libras, quas ego domino Regi pro rachato suo pagavero, mihi reddent: tali modo, quod pro singulis annis, quibus Terram Flandriae tenuero, de paga mea quinquaginta mil. libras mihi computabuntur quinque millia libr. Quod si Terra Matildis Reginae comitissae Flandriae ad manum meam devenerit, mihi computabuntur decem mil. libr. de paga mea singulis annis, quibus Terram tenuero. Ego vero infra duos annos ab instanti festo omnium Sanctorum debeo perquirere et impetrare assensum sanctae Ecclesiae super isto matrimonio faciendo. Quod si infra praedictum terminum non impetravero, ex tunc in antea dictae domicellae poterunt aliis viris eis competentibus maritari per assensum domini Regis. Illi viri siquidem me securum facient de quinquaginta mil. lib. rehabendo quod defuerit. Et dominum regem similiter securum facient de fideli et debito servicio habendo de Terra Flandriae, sicut dictum est. Hae autem conventiones factae sunt inter me et dominum Regem, salvo rachato domini Regis ad usus et consuetudines Flan-

Digitized by Google

driae, si forte eveniret. Actum anno Domini MCCXI. Plegii pro dicto Inguerranno.

Episcopus Beluacensis.
Comes Robertus et filii ejus.
Comes S. Pauli et filii ejus.
Comes Suessionensis et filii ejus.
Matheus de Mautemaurenciaco, et filii ejus.
Robertus de Corten. et heredes ejus.
Comes Antissiodorensis et heredes ejus.
Guillelmus de Gallanda, et heredes sui.
Thomas de Cociaco et heredes sui.
Omnes milites homines ligii dicti.
Inguerranni et omnis communiae de terra sua juratae.
Florentius de Hongesto et heredes sui.
Et si Inguerrannus de Boval redierit, faciet domino Regi securitatem pro dicto Inguerranno, sicut alii.

CXXVI.

Urkunde über den Frieden mit der Gräfin Johanna von Flandern und deren Unterwerfung unter den Willen des Königs; unter Anderem das Versprechen der Schleifung der Vesten von Valenciennes, Ypern, Audenarde und Cassel enthaltend [1]). Vom Jahre 1214.

Ego Johanna Comitissa Flandriae et Haynoniae notum facio omnibus praesentes litteras inspecturis, quod ego juravi Domino meo illustri regi Franciae, quod ego ei tradam ei vel ejus mandato hac die jovis proxima ante festum omnium sanctorum filium ducis Lovaniensis apud Peronam, et quod dirui faciam fortericias de Valencenis, de Ypra, de Audenarde, et de Casello, ita quod sint ad ejus Domini Regis voluntatem, neque reaedificabuntur, nisi per ejus bene placitum; et omnes aliae fortericiae poterunt fieri, nisi per ejusdem Domini regis bene placitum hoc fieret. Johannes de Nigella Castellanus Brugensis et Soherus Castellanus Gandavensis et omnes alii homines Domini Regis omnes terras suas rehabebunt et pacifice tenebunt et alii homines Flandriae et Haynoniae, qui juraverunt treugam et qui voluerint ju-

1) Veröffentlicht von Baluze a. a. O. p. 150.

Digitized by Google

rare hanc pacem, terras suas rehabebunt. Completis autem omnibus istis sicut dictum est, erit in voluntate domini regis de Domino meo Fernando comite Flandriae et Haynoniae et de aliis hominibus meis de Flandria et Haynonia pro beneplacito suo de tali guerra redimendis. Comes autem Boloniae et alii, qui sunt de terris aliis, non sunt in hac concordia. Haec vero omnia supradicta bona fide tenenda juraverunt, quorum nomina subscribuntur; *Sibilla* domina de Wauverin, *Arnulphus de Aldenarde*, Gilebertus de *Borquellis*, *Michael (de Harnes)* Constabularius, Gilo de Acrimonte, Petrus de Duaco, Girardus de Colengne, Philippus de Arnellis et Girardus de Jace, Guillelmus avunculus, Gilo de Berbancheno, Galterus de Fontanis, Alardus de Cymayo, Galterus de Leigne et Galterus de Lens, Galterus de Hondetote, Hugo de Rou, Gilo de Tri. Quod ut ratum, etc. Actum Parisius anno Domini MCCXIIII die veneris proxima ante festum apostolorum Simonis et Judae.

CXXVII.

Erklärung des Erzbischoffes von Rheims über die von Burckard von Avesnes an der Gräfin Margaretha verübte That [1]). Im Jahre 1215.

A Dei gracia Remensis ecclesiae minister humilis venerabilibus fratribus universis episcopis et dilectis filiis abbatibus, prioribus, officiariis, decanis et presbyteris in Remensi provincia constitutis salutem in Domino. Cum essemus in concilio generali apud sedem apostolicam constituti, insonuit Domini papae auribus grande scelus, quod in suae salutis ac famae dispendium Burgardus de Avesnis circa nobilem mulierem Margaritam sororem egregiae mulieris Johannae Comitissae Flandriae perpetravit, eamdem Margaritam consanguineam ejus in quodam castro suae fidei commendatam impudenter abducens et detinens inhoneste, asserendo se cum ea matrimonium contraxisse de facto, cum de jure negatum eo, quod ipsa sibi, qui subdiaconus et cantor Laudunensis ecclesiae fuisse dinoscitur, proxima consanguineitatis linea est conjuncta, cumque ipse dictus papa paterna motus sollicitudine nec volens tantum scelus clausis oculis praeterire, a quibusdam ecclesiarum praelatis et aliis viris idoneis et discretis in sua praesentia constitutis, qui factum ipsum plene noverant supra prae-

1) Aus dem königl. Staatsarchiv in Paris, Section historique. J. 552. Nr. 5.

Digitized by Google

dictis inquisiverit diligenter veritatem et de hiis sibi fuerit plene facta fides, in eumdem Burgardum ore proprio excommunicationis sententiam publice promulgavit: nobis injungens ut dictum Burgardum animadversione debita pro tam nefando crimine feriremus, si forte sibi vexato praebeat intellectum, ut per condignae satisfactionis opera emendare studeat consultius culpam suam. Quocirca de ipsius domini papae speciali mandato universitati vestrae mandamus atque in virtute obedientiae districte praecipimus, quatinus Burgardum praedictum et fautores ipsius singulis diebus dominicis et festivis pulsatis campanis et candelis accensis excommunicatos publice nuntietis et faciatis ab omnibus arcius evitari loca, in quibus praefata Margarita detenta fuerit et supradictus Burgardus moram fecerit, supponentes ecclesiastico interdicto et faciatis utramque sententiam tam diu inviolabiliter observari, donec idem Burgardus Margaritam praefatam ipsi restituerit comitissae ac de commissis satisfecerit competenter et in sacris ordinibus, quos recepit, Deo studeat deservire, quamdiu per crimina apostasiae offendere non expavit. Datum Romae Dominica infra octavas Epiphaniae anno Dominicae incarnacionis millesimo ducentesimo quintodecimo.

CXXVIII.

Urkundliche Erzählung eines gerichtlichen Herganges [1]). Vom Jahre 1221.

Ego Joannes dominus de Ciconio (Aldenarde) omnibus notum facio, quod Ego fui apud Curtracum coram domina mea J. Fl. et H. Comm. ubi vidi et audivi: quod Robertus Comes Drecensis (de Bruuc) et Comes Namurc. super eo, quod domina mea eis jus offerebat, diffiduerunt J. dom. Nigelli Castellanum Brug. ballivum suum et deinde receperunt a Curia, et domina mea misit de hominibus suis satis post ipsos et fecerat eos requiri, quod venirent in curiam suam coram ea, et assecurarent dictum J. Ballivum suum et dedecus, quod ei fecerant, emendarent. Istud facere neglexerant et domina mea fecit eis offerre, quod venirent ante curiam suam et audirent, utrum hoc facere deberent vel non. Nec hoc volebant facere, nec jus *modo* audire, et domina mea praecepit eis, ne jus curiae suae asportarent et pluries sicut ante dictum est eis jus obtulit et nichil *modo* voluerunt facere, nec jus

1) Aus dem königl. Staatsarchiv in Paris, Section hist. J. 535. Nr. 1.

Digitized by Google

audire et super hoc recesserunt. Hoc fuit apud Curtracum in plena curia die veneris ante dominicam *Invocavit*, me praesenti et aliis quampluribus hominibus Comitissae. Datum Curtraci anno Domini MCCXXI.

CXXIX.

Urkunde über die Bürgschaft des Tractats von Melun, geschlossen von der Stadt Gent in Gegenwart der Abgeordneten Ludwig IX., Königes von Frankreich, und seiner Mutter, der Königin Blanka [1]). Den 14. Dec. 1226.

Nos et tota communitas Gandensis, omnibus litteras notum facimus praesentes inspecturis: quod nos, tactis sacrosanctis, Juravimus coram nuntiis illustris regis Franciae Ludovici et dominae Reginae Blanchae matris ejus, ad hoc missis, videlicet magistro Alberico Cornuto et Domino Hugone de Atheiis, magistro panetariorum Domini Regis, quod si carissimum Dominum nostrum Fernandum Comitem Flandriae vel ejus uxorem Johannam Flandriae et Haynoniae Comitissam, quod Deus avertat, contingeret resilire a conventionibus initis pro liberatione ejusdem Comitis inter ipsos ex una parte et Dominum Regem et Dominam reginam matrem ejus, et liberos ipsius ex altera, quas conventiones audivimus fideliter recitari et plene intelleximus, praedictis Comiti et Comitissae non adhaeremus nec consilium vel auxilium eisdem vel alteri ipsorum praestaremus, immo contra dictos Comitem et Comitissam praedictis Domino regi et Dominae reginae matri ejus ac liberis ipsius pro posse nostro adhaereremus et fideliter faveremus donec illud esset emendatum in curia Domini Regis ad judicium Parium Franciae. In cujus rei testimonium praesentem cartam scribi fecimus et sigillo nostro roborari. Actum Gandavi Dominica ante festum beati Thomae anno Domini MCCXXVI.

Sub hac autem forma habet Dominus Rex litteras omnium villarum Flandriae, de quibus eas habere voluit [2]).

1) Baluze a. a. O. pag. 261.

2) Sie sind alle mit wohl erhaltenen Siegeln aufbewahrt im königlichen Staatsarchiv zu Paris, Section historique in den mit F. bezeichneten Cartons.

Digitized by Google

CXXX.

Die gleiche Bürgschafts-Urkunde des Friedens zu Melun von Arnulph von Audenarde [1]). Am Tage St. Nicaise 1226.

Ego Arnulphus dictus dominus de Audenarda, omnibus notum facio praesentes litteras inspecturis, quod ego tactis sacrosanctis juravi coram nuntiis carissimi Domini mei Ludovici regis Franciae et carissimae Dominae meae Blanchae ad hoc missis, videlicet magistro Alberico Cornuto et Domino Hugone de Atheiis magistro, panetariorum Domini regis Franciae, quod si, quod Deus avertat carissimum Dominum meum Fernandum Comitem Flandriae et carissimam dominam meam Joannam Flandriae et Hainoniae Comitissam uxorem ipsius contingeret resilire a conventionibus initis inter dictum Dominum Comitem et Comitissam Flandriae ex una parte et Dominum meum Ludovicum Regem Franciae illustrem et ejus matrem Blancham, Dei gratia Franciae reginam ac liberos ipsius ex altera, quas conventiones audivi fideliter recitari et plene intellexi, praedictis Comiti et Comitissae non adhaererem, nec auxilium vel consilium eisdem vel alteri ipsorum praestarem, immo Domino Ludovico Regi et dominae reginae et liberis ipsius pro posse meo adhaererem et fideliter servirem, donec illud emendatum esset in curia praedicti Domini Regis ad judicium Parium Franciae. In cujus rei testimonium praesentem cartam scribi feci et sigillo nostro roborari. Actum apud Insulam anno Domini MCCXXVI, die ipsius festi beati Nichasii.

Sub hac forma habuit Dominus Rex litteras tam Baronum, quam militum Flandriae, qui sigilla habebant.

CXXXI.

Ludwig IX., König von Frankreich, gibt Fernand, Grafen von Flandern, die Erlaubniss, die Thore seiner Städte mit Steinen wieder aufzuführen [2]). Im Monat August 1229.

Ludovicus Dei gratia Francorum Rex universis, ad quos praesentes litterae pervenerint salutem. Notum facimus, quod nos

1) *Baluze* pag. 262. Die Originalurkunde findet sich im Tresor des Chartes in Paris, mit vielen gleichlautenden Urkunden von andern flandrischen Vasallen.

2) *Baluze* pag. 166.

Digitized by Google

dilecto et fideli nostro Fernando Comiti Flandriae dedimus licentiam relevandi portas villarum suarum Flandriae, si velit, ita quod fundamenta portarum sint de lapide et superaedificia, super fundamenta videlicet, sint de ligno et fossata quantitatem habeant secundum aestimationem illius, quem nos propter hoc specialiter transmittemus, ita videlicet, quod timere non debeant chevalceiam. Dedimus etiam Comiti licentiam claudendi domum suam de Gravelingues fossatis et palicio. Istas autem licentias concessimus eidem Comiti, quamdiu nobis placuerit et tali tenore, quod cum nobis placuerit res ad statum, in quo est, revertatur. Actum apud Melodunum anno Domini MCC vicesimo nono, mense Augusto.

CXXXII.

Gelobung des Burggrafen von Gent, dass er, so lang er am Hofe der Grafschaft Recht erlange, gegen den Grafen sich nicht auflehnen wolle [1]). Vom Juni 1229.

Ego Hugo Castellanus Gandensis, dominus de Hosden, notum facio universis praesentes litteras inspecturis, quod contra dominum meum Fernandum Flandriae et Hainoniae comitem de cetero a die ista guerram non movebo, quamdiu secundum legem et judicium *Curiae Flandrensis* me velit et satagat pertractare. Et super hoc pono omne feodum meum, quod de ipso teneo, in hostagium penes ipsum Comitem, et penes dominam meam Comitissam uxorem ejus, si de ipso defecerim. Similiter fratres mei omne feodum, quod de dicto comite tenent vel tenebunt, et quod de me tenent vel tenebunt, ponunt in hostagium, quod nunquam guerram movebunt contra dictum Comitem dominum meum, quamdiu secundum legem et judicium *Curiae Flandrensis* eos velit et satagat pertractare. Et ego, et omnes amici mei, qui me diligunt magis quam fratres meos videlicet parentes mei, juravimus, quod si guerram moverint contra praefatum Comitem, nos eos pro posse nostro capiemus, et ad eum ducemus captivatos, donec fuerit emendatum. Et recognosco, quod castrum meum de Bornehem de ipso in feodum teneo, et quandocumque dictum castrum petierit, illud ei ad *usus et consuetudines Flandriae* sine aliqua contradictione concedam. Et si de dicto domino meo praefato Comite

1) Aus *Duchesne* Hist. de Guines et de Gand. Preuves pag. 493–494.

Digitized by Google

defecerim, praedictam conventionem plene et sine aliquo malo ingenio dominae meae Comitissae uxori ejus tenebo. In cujus rei certitudinem hanc cartulam feci conscribi, et sigilli mei munimine roborari. Actum Gandavi anno Domini MCCXXIX mense Junio.

CXXXIII.

Der Kaiser Friedrich II. bewilligt der Gräfin Margaretha von Constantinopel die Belehnung mit ihren Kronlehen [1]). Juli 1245.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Fridericus secundus divina favente clementiae Romanorum Imperator semper augustus, Jerusalem et Siciliae rex. Justis fidelium nostrorum petitionibus condescendere cogimur, quos nisi favorabiliter audiremus, abaudire quod petitur, per injuriam videremur; per praesens igitur privilegium notum facimus universis imperii fidelibus tam praesentibus quam futuris: quod Margaretha comitissa Flandriae et Hainoniae per R. venerabilem priorem S. Salvii et Geulain nuntios suos ad nostram praesentiam destinatos majestati nostrae humiliter supplicavit, ut ipsam de feudiscomitatus Namurcensis et partis Flandriae citra Scaldim versus Hainoniam et Brebantiam cum quatuor ministeriis et terra de Alost et insulis, cum omnibus juribus honoribus justitiis et pertinentiis suis, quae in domanio in domanium et quae in servitio in servitium, quae quondam Johanna comitissa, soror sua major natu, a nobis et imperio juste tenuit, quod vixit, et ipsa nunc juste tenet et possidet, investire nomine feudi de nostra gratia dignaremur. Nos autem licet moris sit imperii, ut hujusmodi supplicantes personaliter ad pedes nostros se conferant, pro debito et consueto nobis sacramento praestando, volentes super hoc cum comitissa praefata gratiam facere specialem, recepto in curia nostra nobis praesentibus Gualterio procuratore suo, quod constitit satis plene pro parte sua fidelitatis et ligi homagii debito juramento attendentes, quo fidem puram et devotionem sinceram, quam praedicta comitissa et antecessores sui nobis et progenitoribus nostris, dominis augustis memoriae recolendae, exhibuerunt, hactenus et eadem ex-

1) Nach einem Vidimus von 1252. Wir fanden diese Urkunde in einer Copieensammlung, die von den berühmten Archivaren Godefroi angelegt wurde und Herrn Godefroi zu Lille, ihrem lezten Sprössling gehört. Sie steht in deren I. Band, pag. 70–72.

Digitized by Google

hibere poterit in antea gratiora de praedictis feudis, comitatus videlicet Namurcensis et partis Flandriae citra Scaldim versus Hainoniam (hier ist die obige Stelle bis possidet wiederholt), investimus ipsam de nostra gratia majestatis ita tamen, ut ipsa et heredes sui praedicta omnia semper a nobis et imperio immediate teneant et etiam recognoscant, debitaque et consueta servitia ex inde nobis et successoribus nostris in imperio facere teneantur et de dominio nostro ullo unquam ex tempore subtrahere non intendant, in fide servitiis et devotione nostra et imperii perseverant, salvo in omnibus et per omnia in praedictis nostra imperiali justitia.

Statuimus itaque et imperiali sancimus edicto, quatenus nulla persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, nullus dux, marchio, comes, su vicecomes, contra praesentis privilegii nostri tenorem ausu temerario venire praesumat, quod qui praesumserit, praeter indignationem nostri culminis, quam incurret, quatuor millia marcharum argenti pro poenis componet, medietate camerae nostrae, reliqua medietate passis injuriam applicanda. Ad hujus autem investiturae nostrae memoriam et robur perpetuo valituram praesens privilegium fieri et bulla aurea, typario nostrae majestatis impressa, duximus communiri.

Hujus rei testes sunt.

Conradus carissimus filius noster Romanorum in regem electus semper augustus et regni Iherosolimitani legitimus successor.

Ratisbonensis episcopus, imperialis aulae cancellarius, Frisengensis episcopus, Pattaviensis episcopus. H. Pabergensis electus, O. Dux Maraniae, et B. Dux Carinthiae dilecti principes.

B. Panormitanus archiepiscopus, Ricardus comes Caferto; B. Marchio Montisferrati, M. Marchio Langza (?) Magister Petrus de Vinea et Magist. P. de Suessa, magnae curiae nostrae judices dilecti et fideles nostri et alii complures. Signum domini nostri Friderici Dei gratia invictissimi (*L. M.*) Romanorum imperatoris Iherusalem et Siciliae rex.

Acta sunt haec anno Dom. incarn. 1245, mense Julii, indict. III, imperante domino Friderico II. etc. Imperii ejus anno 25, regni Jerusalem 21, regni vero Siciliae 47, feliciter amen. Datum apud Taurinum anno mense et indictione praetitulatis.

Digitized by Google

CXXXIV.

Vergleich zwischen dem Grafen Guido von Flandern und Alphons von Castilien, erwählten römischen Könige, nach welchem Jener des Leztern Vasall mit einem jährlichen Lehen von 500 Mark geworden, und verspricht, vermittelst einer andern Summe von 4000 Mark, ihm zur Erlangung seiner Krone in Deutschland zu verhelfen [1]). Segovia, im Jahre 1258.

In Dei nomine notum sit universis, quod nos Guido, Comes Flandriae accipimus hodie et ab hac hora in antea vos Gloriosissimum dominum Alphonsum Dei gratia Romanorum regem semper Augustum, Castiliae, Toledi, Legionis, Galiciae, Siciliae, Cordubae, Murciae, Guiennii et Algarvii regem, in nostrum verum et legitimum dominum: et facimus vobis ligium homagium in plena curia vestra coram Baronibus vestris et praelatis regnorum vestrorum et promittimus vobis bona fide servare personam vestram et filiorum vestrorum et officialium, ministrorum et omnium fidelium vestrorum et custodire ab omni periculo atque damno toto posse nostro et scire, et omnia servare et facere plene et integre, quae ad fidelitatis homagium nota sunt pertinere. Promittimus et vos juvare cum toto posse nostro, bona fide ad regnum Romanorum et imperium obtinendum et ad omnia et singula, quae ad ipsum regnum et imperium pertinere noscuntur, tam contra Ricardum Comitem, quam contra fautores, vassallos, adjutores ejus, quam etiam consiliarios et defensores et quam omnem locum et personam, quae impediret vel impedire vellet Vos vel vestros in regno et imperio Romanorum et obtinendum et possedendum pacifice omni tempore vitae vestrae sicut unquam melius aliquis habuit imperator, et dabimus opem et operam studiosam, quod incolumes et securi sitis et salvi, Vos et filii vestri et officiales et fideles, et qui vos sequuntur et quos miseritis per totam terram nostram et per totum districtum et posse nostrum, et faciemus omnia, quae legitimus vasallus ex debito fidelitatis tenetur et debet facere suo vero domino ac servare. Promittimus etiam bona fide, sequi vos dominum Alphonsum praedictum, quandocumque pro nobis miseritis, in vestris rationalibus expensis ad regnum et imperium Romanorum cum toto posse nostro.

1) Godefroische Sammlung, Bd. I. pag. 153–156.

Digitized by Google

Promittimus praeterea bonâ fide juvare nuncium vel officialem, quem ad partes nostras duxeritis destinandum pro vestris servitiis, vel illum, quem ibi constitueritis bona fide, promittimus et per fidelitatis homagium praestitum prohibere transitum per totum districtum nostrum tam per mare quam per terram et omnium amicorum nostrorum, ubi nos posse aliquod habebimus, Comiti Richardo et omnibus amicis, vasallis et fautoribus ejus et nocere eis in personis et rebus, quantumcumque poterimus bona fide.

Et nos dominus Alphonsus Romanorum Rex semper Augustus Castiliae, etc. Rex, considerantes bonam affectionem, quam habetis ad nos et ad nostros honores legitime procurandos, pensantes etiam fidelitatis homagium, quod nobis fecistis liberaliter et libenter, attendentes insuper ea, quae pro nobis et nostro procurando honore facere promisistis fideliter et constanter, ad quae omnia vos per homagium et per instrumentum publicum in plena nostra curia voluntarie obligastis, assignamus vobis pro feudo quingentas marchas argenti nummatim solvendas in Hispania vel in Alemania, quam cito nobis fuerit opportunum et vos, quod recipiatis eas ibidem et sitis inde contenti, postquam vobis eas in proventibus imperii duxerimus assignandas, quas promittimus vel solvere infra scripto modo pro anno praesenti a die datae istius litterae ad XV dies in civitate nostra Burgensi [1]); primas Vc marcas solvi faciemus de majori marca, quae ponderat XIII solidos et IV denarios sterlingorum: inde vero a festo sancti Johannis Baptistae proxime venturo ad unum annum faciemus vobis solvi vel mando vestro alias Vc marcas ad pondus praedictae marcae et deinde in festivitate praedicta singulis annis omni tempore vitae nostrae. Promittimus insuper pro fidelitate et servitiis, quae nobis tenemini facere, ut superius est expressum vobis dare II millia marcarum de praedicta marca in festo sancti Johannis Baptistae proxime nunc venturo, solvendas Parisius et alia duo millia marcarum promittimus vobis dare in loco supradicto ob causam praedictam a festo nativitatis domini proxime nunc venturo usque ad unum annum. Ut supra dicta omnia robur obtineant firmitatis, praesens instrumentum fieri fecimus per *Alphabetum Dipisum*: in quo nos Alphonsus supra dictus rex nostrae majestatis sigillum duximus apponendum. Et nos Guido Comes Flandriae supra nominatus ad majorem rei evidentiam et firmitatem idem instrumentum fecimus sigilli nostri munimine communiri.

1) Burgos.

Digitized by Google

Acta sunt haec apud Segoviam in curia magnifici Domini Alphonsi Dei gratia Romanorum, etc. etc. regis; praesentibus venerabilibus episcopis regnorum Hispaniae, *Raymundo* Segobiensi Episcopo, *Roberto* Silvensi Episcopo, *Cuero* Zamorenci Episcopo, *Pascasio* Pienanensi Episcopo, *Roberto* Silvensi Episcopo. Praesentibus et nobilibus Baronibus Hispaniae, *Roderico Alvari Luppo* dicto *Chico*, *Manerico* AEgidii *Alvaro* Nunni et Nunno, *Garsia* Martini protonotarii in Castello Domini regis praedicti et Banlivi in Castello Domini regis praedicti et Banlivolancae, protonotarii in sacro imperio et Suero, octavo Idus Novembris anno Domini MCCLVIII *P. Capecuo* scripsi die et anno praefixis.

CXXXV.

Huldigungen, den Königen von Frankreich von dem Grafen Thomas, der Gräfin Margaretha und dem Grafen Guido von Flandern dargebracht [1]). In den Jahren 1237, 1244 u. 1275.

Nos Guido Flandriae Comes notum facimus universis, quod nos litteras charissimae dominae et matris Margaretae Flandriae et Haynoniae Comitissae vidimus formam, quae sequitur, continentes.

Omnibus Christi fidelibus tam praesentibus, quam futuris Margareta Flandriae et Haynoniae Comitissa salutem. Notum facimus per praesentes, quod nos litteras nobilis Viri Thomae Flandriae et Haynoniae quondam Comitis et charissimae sororis nostrae quondam Comitissae uxoris ejus vidimus in haec verba.

Ego Thomas Flandriae et Haynoniae Comes et ego Johanna Comitissa uxor ejus, universis praesentibus pariter et futuris. Notum facimus, quod post matrimonium inter nos contractum personnaliter accessimus ad charissimum Dominum nostrum Ludovicum regem Franciae illustrem et requisivimus ipsum, ut me Thomam reciperet ad homagium dictae terrae Flandriae, eidem domino regi suum offerentes rachatum. Idem dominus rex nobis respondit, quod paratus erat, me Thomam, facta ei satisfactione de rachato praedicto, recipere ad homagium ante dictum in illa forma et in illis conventionibus, in quibus ego Comitissa eidem domino regi tenebar et eram proprio juramento astricta, et etiam

1) *Galland* Mémoires pour l'histoire de Navarre et de Flandres, Preuves p. 147.

Digitized by Google

haeredes et successores mei in Comitatu Flandriae, ad illas per omnia tenebantur; quia ego Comitissa et Fernandus Comes olim maritus meus obligaveramus eisdem, quae conventiones coram paribus et etiam coram nobis recitata fuerunt et inferius describuntur: quas etiam conventiones ego Comitissa me fecisse recognosco et in jure coram pluribus recognovi. Et quum nos peteremus, quod prius me Thomam ad suum reciperet homagium et postea parati eramus nos Comes et Comitissa facere et adimplere formam et conventiones praedictas, si jus parium nostrorum hoc dictaret, tandem dominus rex obtulit nobis jus facere dici super praemissis per pares et nos concessimus et in hoc consentimus, quod ab eisdem paribus judicium super eis diceretur. Pares autem videlicet venerabiles patres Anselmus Laudunensis, Robertus Lingonensis et Nicolaus Noviomensis Episcopi, recedentes in partem, tractatu et deliberatione habita diligenti, reddiderunt nobis jus in hunc modum: quod ego Thomas ad homagium domini regis venire debebam in illa forma, in qua ego Comitissa femina eram domini regis, qua inter nos Thomam Comitem et Johannam Comitissam matrimonium contractum, et in eisdem conventionibus teneri et eas adimplere, quas ego Comitissa cum dicto domino Rege habueram et in quibus eidem tenebar et heredes et successores mei et quod securitates omnes, quas ad praesens facere poteram, ego Thomas Comes debebam domino regi facere ante homagium ante dictum, residuum vero et securitatem et conventionem post factum homagium integraliter adimplere cum a dicto Rege vel mandato ipsius essem super hoc requisitus.

Nos vero Thomas Comes et ego Johanna Comitissa praedicti ratum habentes et gratum dictum judicium et sine contradictione acquiescentes eidem, ego Thomas Comes et ego Johanna Comitissa juravimus tactis sacrosanctis: nos inviolabiliter servaturos conventiones, de quibus supra facta est mentio, prout inferius continetur et tales sunt conventiones.

Ego Thomas Comes et ego Johanna Comitissa tenemur tradere domino regi litteras domini Papae continentes, quod si ego Comes vel ego Comitissa vel successores nostri in Comitatu Flandriae resiliremus, quod absit, a conventionibus firmatis inter dominum regem ex una parte et nos ex altera, Laudunensis et Silvanectensis Episcopi infra 40 dies, postquam ex parte Domini regis requisiti, promulgarent auctoritate Domini Papae sententiam excommunicationis in nos et successores nostros in Comitatu Flandriae et in nostros coadjutores et fautores nostros omnes, et sententiam interdicti in terras nostras et terras coadjutorum et fautorum nostrorum, et illas sententias tenerent et facerent tenere sine rela-

Digitized by Google

xatione, quousque id esset emendatum in curia domini regis ad judicium parium Franciae. Nos faciemus habere domino regi securitates et fidelitates militum communitatum et villarum Flandriae de quibus eas volet habere: quod videlicet si nos resiliremus a conventionibus, in hac carta contentis, milites et homines communitatum et villarum Flandriae domino regi, et haeredi et fratribus ejus et dominae reginae matri ipsius adhaererent et fideliter se tenerent contra nos; nec nobis auxilium praestarent vel consilium, quousque id esset emendatum in curia domini regis ad judicium parium Franciae. Si qui autem de militibus communitatibus vel villis Flandriae nollens facere domino regi securitates et fidelitates praedictas, nos expelleremus de terra nostra et saisiremus quidquid ipsi haberent in feodo domini regis, sine revocare eos et sine reddere eis res suas, nisi per dominum regem vel successores ejus donec fecerint fidelitates et securitates praedictas. Nos et successores nostri non poterimus dominum regem vel haeredes vel successores suos vel etiam dominam reginam matrem ejusdem nec homines eorum in causam trahere occasione alicujus rei factae, ante pacem factam olim, anno Incarnationis dominicae 1226, mense Januario inter dominum regem et me Comitissam et Fernandum quondam maritum meum Comitem Flandriae ita ut dominus Rex heredes vel fratres sui, vel etiam domina regina mater ejus vel homines eorumdem remaneant semper in pace tenentes de omnibus iis, de quibus dominus rex Ludovicus, clarae memoriae pater dicti regis et homines sui erant tenentes die conventionis cum dicto Ludovico Rege Patre ipsius regis factae de liberatione dicti Ferrandi Comitis facienda, quae facta fuit apud Melodunum anno Incarnationis dominicae 1225, mense Aprili, et nihil juris de cetero vindicabimus vel reclamabimus in praemissis. Nos et successores nostri non inquietabimus nec guerrabimus dominum regem, nec haeredes nec fratres suos nec dominam reginam matrem ejus, nec homines eorum, nec ei deficiemus de servitio et jure faciendo, quamdiu dominus rex velit nobis facere jus in curia sua per judicium parium suorum. Nos non possumus facere fortalicias novas nec veteres infortiare in Flandria citra fluvium qui dicitur *Escault*, nisi per dominum regem vel successores ipsius.

Has si quidem conventiones ego Thomas Comes et ego Johanna Comitissa praedicti tactis sacrosanctis juravimus et promisimus nos bona fide firmiter et fideliter servaturos et volumus, quod ad illas fideliter et firmiter observandas teneantur per omnia haeredes et successores nostri in Comitatu Flandriae. Ut autem praemissa perpetuae firmitatis robur obtineant praesentem paginam

Digitized by Google

sigillis nostris duximus roborandam. Actum apud Compendium anno Incarnationis dominicae 1237 mense Decembri.

Conventiones autem omnes praescriptas prout superius continentur, ego Margareta Comitissa praesente domino rege Ludovico tactis sacrosanctis juravi et promisi bona fide et firmiter et fideliter servaturam, volens, quod ad illas firmiter et fideliter observandas teneantur per omnia haeredes et successores mei in Comitatu Flandriae. Ut autem praemissa perpetuae firmitatis robur obtineant, praesentem paginam feci sigilli mei munimine roborari. Actum Parisiis anno Incarnationis dominicae 1244 mense Martio.

Has autem conventiones omnes praescriptas nos Guido Comes, praesente excellentissimo Domino nostro Philippo Rege Francorum illustri, tactis sacrosanctis juravimus et promisimus bona fide firmiter et fideliter servaturos, volentes, quod ad illas firmiter et fideliter observandas teneantur per omnia haeredes et successores nostri in Comitatu Flandriae, quod ut robur obtineat perpetuae firmitatis praesentes litteras sigilli nostri fecimus impressione muniri. Actum Valencenis, anno Incarnationis Dominicae 1275, mense Februario.

CXXXVI.

Befehl Philipps des Kühnen an den Grafen Guido, ohne gerichtlichen Streit die Schöffen und Vögte der Städte und Dörfer zu zwingen, von ihrer Gelderverwaltung vor dem Grafen oder seinem Abgeordneten Rechenschaft zu geben [1]).

Im Juli 1279.

Philippus Dei gratia Francorum Rex dilecto consanguineo et fideli suo Guidoni Comiti Flandriae salutem et dilectionem. Cum omnes regulariter de administrationibus, quas gerunt, teneantur reddere rationem, quidam tamen ut audivimus de terra vestra Scabini et administratores alii ab hiis, quorum interest, super hoc requisiti saepius idem facere renuunt et recusant, occasiones frivolas protendentes: videlicet vel quod alias hoc non fecerint, vel quod inter se computant in secreto et quidam ex talibus hanc rationis redditionem fugientes quaestionem referant, an per libe-

1) Aus der Copieen-Sammlung des I. Godefroi, betitelt: *Registre des Chartes transférées à Paris sous Louis XIV*, Herrn Godefroi zu Lille gehörig. Band I. Pièce nr. 4.

Digitized by Google

ros homines fideles vestros vel per Scabinos alios in causa sine lite super hoc mota coram vobis debeant judicari, licet super hujusmodi negatione durum et damnosum sit judicium ordinari, quod sine sumptibus et labore et aliis incommodis maximis non haberet exitum. Inter tales et licet vos ad redditionem hujusmodi rationis de plano et sine lite debeatis eos compellere et possetis: nos tamen ne subterfugiae talium, quae de bona fide non videntur procedere, trahantur ab aliis in exemplum, *pro bono communi et utilitate publica*, vobis praecipiendo mandamus, quatenus in casibus hujus modi, praecipue ubi hoc ab his, quorum interest postulatur, omnes *scabinos et administratores* quoscunque villarum et locorum terrae vestrae summatim et de plano sine omni judiciorum anfractu et quocunque contensioso strepitu praetermisso ad hoc viriliter et efficaciter compellatis, ut de administrationibus suis plenarie reddant et faciant rationem illis, quorum interest nec non et aliquibus personis idoneis assumptis pro populo et communitate cujuslibet villae, quae onera ipsius communitatis supportare tenentur. Quae omnia in vestra vel mandati vestri praesentia fiant, super hoc taliter vos habentes ut propter redditionem rationis in administrationibus suis caeteri timeant malignari. Actum Parisius die lunae post octavas apostolorum Petri et Pauli anno domini Milesimo ducentesimo septuagesimo nono.

CXXXVII.

König Philipp verbietet den Einwohnern von Flandern, ihr Land mit Pferden und Waffen oder auf andere Weise zu verlassen [1]).

7. Juli 1296.

Philippus Dei gratia Francorum Rex dilecto et fideli nostro Comiti Flandriae salutem et dilectionem. Cum nos dilectos et fideles nostros Symonem de *Tarenguel* et Petrum de *Monte Gay* ad partes Comitatus Flandriae personaliter destinemus, ex parte nostra: ne quis de regno nostro, et praecipue de dicto Comitatu cujuscumque status vel conditionis existat extra regnum ipsum sub poena, quam viderint expedire cum equis et armis vel sine armis, quovis modo eques vel pedes se ad partes alias exire praesumat: mandamus vobis et districte praecipimus quatenus inhibitionibus

1) *Registre des Chartes* des Hrn Godefroi zu Lille, Bd. I. Pièce nr. 14.

Digitized by Google

mandatis et prohibitionibus per ipsos in hac parte auctoritate nostra et nostro nomine faciendis pareatis et intendatis, gentesque nostras et subditas parere et intendere efficaciter faciatis eisdem. Actum apud Crispeiam, die VII julii anno Domini MCC nonagesimo sexto.

CXXXVIII.

Brief Alberts von Medicis aus Mailand über die Zulassung der italienischen Kaufleute zu den Messen der Champagne [1]). Juni 1297.

Nos Albertonus de Medicis, de Mediolano, capitaneus et rector universitatis mercatorum Italiae, nundinas Campaniae ac regnum Franciae frequentantium. Notum facimus omnibus has litteras inspecturis, quod de concordia et pacto speciali Francisci de Dyquamua, Philippi Foucherii et Petri Foucherii de Ypra, et aliorum omnium creditorum, et quot habere debent de corpore, nundinis, a sociis de societate Ricciardorum de Luca, morantur et morare et stare possunt in nundinis Campaniae ubique, non obstante defensa facta contra mercatores et cives Lucenses per magistros nundinarum Campaniae, occasione defectus dictorum fugitivorum et inobedientiae communis Lucae, libere, pacifice et quiete absque condictione aliqua, prout de praedictis publiciter constat per litteras patentes de dicta defensa sub sigillo, nundinis Campaniae. In cujus rei testimonio praesentibus litteris sigillum universitatis praedictae duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, mense Julii in castro.

1) Prov. Archiv von Ostflandern in Gent.

Digitized by Google

CXXXIX.

Diarium itineris[1]) *Philippi III. Regis Francorum e tabulis fagineis ceratis autographis Joannis de sancto Justo, excerptum ab Antonio Cocchio Mucillano.*

Anno Christi MCCCI. Aprilis die XXVIII. veneris post S. Marcum rex fuit apud Anseram; regina commedente in diversorio apud Pontes XXIX. sab. seq. ibi et regina XXX. dom. seq. ibi et regina; fuerunt ergo ibi dies tres.

Maii I. lune festo sanctorum Philippi et Jacobi apud S. Christophorum in Halata et regina comedit apud Pontem S. Maxentii; fuerunt ibi dies tres.

IV. Jovis ap. Verberiam et regina; fuerunt ibi dies tres. V. vener. vigilia decollationis beati Johannis Baptistae. VI. sab. festo decollationis beati Johannis. Verba *illa* et *regina* singulis diebus in codice repetita hic brevitatis causa plerumque omissa sunt. Itaque reginam omnibus his locis adfuisse intelligi volo, nisi aliter adnotatum fuerit.

VII. Dominica in crastino festi Prudentis ap. Chos.

VIII. Lun. ap. Vrsicampum.

IX. Mart. ap. Fresincham.

X. Merc. vig. ascens. ap. Montem S. Quintini; fuerunt ibi biduum XI. Jov. fest. ascens.

XII. Vener. ap. Bapalmam.

XIII. Sab. ap. Duacum; fuerunt ibi tres dies. XIV. domin. post ascens. XV. Lun. seq.

XVI. Mart. ap. Insulam; fuerunt ibi biduum.

XVIII. Jov. ap. Tornacum.

XIX. Ven. ap. Curtracum.

XX. Sab. vigil. Pentheqcostes ap. Pethengieun et regina comedit apud Audenna; fuerunt ibi biduum XXI. dom. fest. penth.

XXII. Lun. in crastino penthecostes ap. Gandavum; fuerunt ibi dies sex.

XXVIII. Domin. die trinitatis ap. Ardenbourg.

XXIX. Lun. ap. Brugam, fuerunt ibi dies sex. Junii IV. domin. in octava trinitatis aqud Winendaele; fuerunt ibi dies novem. X. Julii sab. a. vigil. b. Barnabe apost. XI. dom. festo beati Barnabe nova vadia.

---

1) Nach dem von Ant. Cocchi zu Florenz im J. 1746 gemachten Abdruck in der *Lettera critica sopra un Manuscritto in Cera.*

Digitized by Google

XIII. Mart. ap. Ypram; fuerunt ibi dies tres.
XVI. Ven. ap. Hahuignehem.
XVII. Sab. ap. Betuniam.
XVIII. Dom. ante nat. B. Jo. bapt. ap. Pernes.
XIX. Lun. ap. Hesdinium, fuerunt ibi biduum.
XXI. Merc. ap. Luchem, fuerunt ibi biduum.

Digitized by Google

Urkunden

betreffend

die Rechte flandrischer Kloster- oder Kirchenvögte.

Digitized by Google

Digitized by Google

CXXXX.

Graf Balduin von Flandern behält sich die Vogtei der Abtei Eenham vor [1]). Im Jahre 1064.

Balduinus per Dei clementiam princeps Flandriae [2]).

Walberto abbati de Eham eiusque successoribus salutem. Quum ecclesia Ehamensis, cui praescis, a me et a coniuge mea praecipue fundata, de mensa nostra beneficia, quibus monachi vivere debeant, accepit, dignum duxi advocatiam ipsius ecclesiae in manu mea et successorum meorum comitum retinere. Sed quia vicini eiusdem ecclesiae nonnullas eis molestias inferunt, pro quibus ad nos saepe recurrere vos oportet, nos contra curam nostri principatus occupati de singulis minutis rebus non valemus ad adiutorium vestrum venire, alia via aggressa sumus vobis consultum ferre. Igitur Arnulfo de Aldenardo, quia vobis vicinus est, injungimus supplere vice nostri in parvis enim negociis, nobis maiora reservantes. Quod ut oportune et fideliter agat, vel ipse vel quicumque successorum turrim Aldenardensem tenuerit, de redditibus ruricolarum hospitum aliorumque mancipiorum ecclesiae, pro quibus tuendis laboraturi sunt, centum solidos per manus abbatum vel monachorum annuatim eis dari decernimus, ea ratione quod nec in ecclesia, nec in omnibus, quae ad ecclesiam pertinent quicquid iuris vel districtionis requirere praesumant; tanta enim libertate ipsam ecclesiam donavimus, ut omnium et hominum et aliarum rerum ad eam pertinentium in tota nostra ditione nullum alium advocatum praeter me et haeredem comitem Flandriae esse decernimus. Si ergo praefatus Arnulphus vel quisquam successorum eius hanc constitutionem nostri privilegii transgressus bannum infregerit, pro contemptu nostro et temeritate sua michi vel haeredi meo quadraginta marc. persolvet et ecclesiae quod suum est, restituet. Actum est apud sanctum Audomarum, praesente coniuge Adela, filiis meis Balduino et Roberto, Bovone abbate sancti Bertini, Hugone Arnulpho de Aldenarde Raingoto de Ganda, anno Domini m. lx. iiii.

1) Aus dem I. *Cartulaire de Flandre, Pièce* nr. 173. im Arch. d. Rech. zu Lille.

2) Der Stiftungsbrief vom Jahre 1065 steht bei Miraeus ed. Foppens t. I. p. 151. und die päbstliche Bestätigung vom J. 1064 ebendaselbst p. 152.

Digitized by Google

CXXXXI.

Die Vogtei über das der Abtei von St. Peter zu Gent gehörige Territorium von Harnes betreffend. Vom Jahre 1070 [1]).

In nomine sanctae et individuae trinitatis: Folkardus, gratia Dei, abbas Gandensis seu Blandiniensis coenobii omnibus in Christo catholicis, tam praesentibus quam futuris justiciae merito et unitatis ecclesiae communicari consortio. Quum quidem utilitatibus fratrum nobis commissorum nos summopere convenit prospicere in futurum, quantulacumque nostrae exiguitatis erga coenobium nobis commissum, peracta utilitatis studia ne successores nostros lateant, seu quorumlibet violentia infringantur, tam scriptis firmari quam illustrium virorum testimonio decernimus corroborari. In fisco sancti Petri Harnis multimodas retroactis temporibus injustae advocationis passi sumus injurias. Ob quod praesentiam comitis Eustachii [2]), advocationem ejusdem ville tenentis adivimus, et consultu fidelium nostrorum precio dato, quicquid injuriae ibidem super homines seu bona sancti Petri fiebat, redemimus hoc rationis ordine: scilicet ut in eadem villa nil injustae advocationis deinceps exerceat; precaria ibidem nulla habeat; statutiones que plebeia lingua *Kerve* vocantur, super quoslibet sancto Petro attinentes non agat; tamen de extraneis super sanguinis effusione et percussione, quod jus exigit, accipiat; de internecione etiam extraneorum debitum, quod plebeia lingua dicitur *lio* [3]), teneat; de hominibus sancti Petri, pro suprascriptis rebus tantum tercium denarium habeat; si major causa agitur, quam praepositus vel villicus per se diffiniri nequiverint, castellum Lens [4]), ie, qui justiciam exigit, adeat; II sextaria vini pro consequenda justicia, ibidem persolvat. Ad confirmandum hujus conventionis testamentum, sibi suisque XL libras et III marcas argenti persolvimus: scilicet eidem comiti XX libras, conjugi ejus comitisse I Idae X libras; Balduino castellano C solidos; Arnoldo sennescalc II marcas; Arnoldo constabulo I marcam; Goffrido ministro I libram; Clarboldo II libras; Uuagoni X solidos; Gerardo X solidos. Si quis hoc conventionis infringere nisus fuerit testamentum, sit anathema maranatha (?), nec tamen effectum presumptio obtineat pessima; sed hujus conventionis firma et inconvulsa per-

1) Das Original befindet sich im Provinzialarchiv von Ostflandern. Abbaye de St. Pierre. Oudegherst l. 186.
2) Ohne Zweifel der Graf von St. Pol.
3) oder *lid.* 4) in Artois.

Digitized by Google

maneat kartula. Actum anno incarnati verbi, MLXX. Philippo, Francorum rege regnante. Signum praenominatorum: Eustachii comitis et conjugis ejus Ide. Balduuini castellani. S. Arnoldi sennescalc. S. Arnoldi constabuli. S. Goffridi ministri. S. Clarboldi. S. Uuagonis. S. Gerardi. S. Ingellardi. S. Gerolfi filii Folmeri. S. Balduuini filii Achard, S. Lietardi filii Goslai. S. Hugonis filii Hugonis. S. Gerardi filii Sigeri. S. Drogonis majoris. S. Rodulfi. S. Drogonis.

CXXXXII.

Ordnung für die Kirchenvogtei des Klosters St. Bavo zu Gent [1]). Gegen das Jahr 1070.

Notum volumus omnibus tam praesentibus quam et futuris, fuisse intolerabile retroactis diebus litigium propter injustitiam erga abbatiam, inter hujus loci abbatem et advocatum, quod nulla numquam potuit sedari suggestione procerum, donec Rotbertus, comes Flandriae, ad hoc perduxit, data commutatione: ut advocatus nihil in abbatia praeter tria generalia placita et eorum exactiones haberet, et si quilibet pugnaret, furtum aut rapinam faceret, ipse cum abbate sedens justificaret, et exinde tertium denarium acciperet. Si vero comes expeditionem faceret, et opus esset, duos parefridos in abbatia tolleret, ea ratione, ut prius coram abbate et suis ducerentur, et quanti precii essent, aestimarentur; si redirent, dominis suis redderentur; si mortui fuissent, precium statutum daretur. Sin alias, amplius parefridi non tollerentur. Ipse vero advocatus unam tantum per annum petitionem in abbatia faceret, ita duntaxat, ut qui posset, daret; illi vero, qui non posset, nullam vim aut praeceptum inferret. Praeterea nullam mansionem aut ipse aut aliquis suorum absque licentia abbatis in abbatia haberet, et nulli sancto Bavoni servientium, scilicet in aquis, pascuis, silvis, aut forinsecis exceptionibus vim aut potestatem ingereret. Nullum ergo exactorem, nisi sancti Bavonis hominem constitueret, qui sibi debitum suum servaturum juramento firmaret, cum quo etiam sedens quoties necesse esset, abbas justificaret [2]), et ipse exactor quae justificanda forent, audiret. Ad extremum vero et omnia Comes concluderet. Advocatus nec hic nec alicubi in abbatia, quicquam faciendum sine

1) Abschrift aus dem 11. Jahrhundert im Provinzialarchive von Ostflandern (gedruckt in *Serrure* Cartulaire de St. Bavon Nr. 14. p. 21.).

2) D. h. *jus diceret*.

Digitized by Google

consensu abbatis haberet. Si quis hanc affirmationis cartam aliqua calliditate vel cupiditate illectus postmodum infringere temptaverit, Dei omnipotentis iram et sancti Bavonis omniumque sanctorum incurrat offensam. Actum publice in urbe Gande, praesente Rotberto, marchyso Flandriae, hisque testibus idoneis huic assertioni subrogatis. Signum Cononis de Eina. Signum Radulfi. cognomento Everardi de Tornaco. Signum Balduuini de Insula. Signum Onolfi. Signum Stephani. Signum Machelmi. Signum Herogoti. Signum Walteri. Signum Giselberti. Signum Benzonis. Signum Oberti. Signum Godescalci. Signum Adalardi castellani. Signum Hugonis castellani. Signum Thietboldi de Ipera. Signum Lanberti de curia Traiani. Signum Hazelini. Signum Vualteri. Signum Rotberti. Signum Folperti. Signum Rotgeri. Signum Erponis.

CXXXXIII.

Bestätigung des vorstehenden Diploms [1]). Vom Jahre 1122.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego Karolus Dei providentia Comes Flandriae, cum mecum aliquando reputarem inspiratione Dei, quid utilius esset animae meae, nichil Deo jocundius, nichil animae meae utilius repperi quam ecclesias Dei, si opportunitas occurreret, aut ex propriis augere, aut ab praedecessoribus meis collata vel confirmata contra persecutorum infestationes viriliter defendere. Unde cum ab abbate Wluerico sancti Bavonis Gandensis ecclesiae ac tota congregatione, lacrimabilem querimoniam saepius audierim super Danihele ejusdem ecclesiae advocato, qui sub obtentu advocationis, ipsam ecclesiam diversis tribulationibus frequenter multaverit, et praedictus abbas privilegium ab avo meo Rotberto, piae memoriae viro confirmatum et sigillatum demonstraverit, et me ejusdem privilegii contrascriptum habere innotuerit, et juxta tenorem utriusque privilegii libertatem ecclesiae, contra praedictum advocatum, pro Dei amore et salute animae meae ac praedecessorum meorum me defensare flebiliter atque incessabiliter conjuraverit, cum diversos utrisque dies pro exspectatione concordiae statuerim, et si idem

1) Im Provinzialarchive von Ostflandern zu Gent zweimal vorhanden. Das eine mangelhafte Diplom scheint eine Abschrift zu seyn (gedruckt in *Serrure* Cartulaire de St. Bavon Nr. 22. p. 27. 29.). Zu vergl. de St. Genois, Monumens anciens p. 470. 471.

Digitized by Google

advocatus ab infestatione ecclesiae se retraheret, diutius exspectaverim, tandem consilio et judicio baronum meorum publice per admonitionem fidei et sacramenti mihi judicatum est, praesentibus utrisque abbate et advocato, sopita omni contradictione ut secundum praedictum avi mei privilegium libertatem ecclesiae defensare et conservare deberem. Praedicti igitur privilegii tenor talis est. (*Hier folgt wörtlich das unter Nr.* CXXXXII. *abgedruckte Diplom.*) Hanc igitur ecclesiae libertatem ab avo meo Rotberto, sicut hic recitatum est, confirmatam, ego quoque Karolus, Comes Flandriae, confirmavi et sigilli mei impressione signavi. Actum publice in castro Brugensi, anno verbi incarnati MCXXII, anno scilicet Karoli tercio in comitatu Flandriae, Kalixto Rome papante, Lantberto Noviomis pontificante, Ludovico Francis imperante. Hujus rei testes sunt: Gislebertus, abbas de Eham [1]). Bertulfus brugensis praepositus. Otgerus sancti Audomari praepositus. Otgerus Tyrunciniensis praepositus. Fromoldus Furnensis praepositus. Reinerus de Wingine. Hunradus decanus de Gandavo. Helyas decanus de Brugge. Willelmus de Ipre Philippi Comitis filius. Advocatus de Betune Rotbertus. Balduinus de Gand et Yuuain frater ejus. Walterus Alardi filius de Eina. Walterus de Tornaco. Gerardus kamerling. Balduinus constabels. Rothulfus de Viggensele. Hacket castellanus de Brugge. Albertus, Desiderius et Isaac, frater ejus. Lantbertus Muruuater. Rotbertus. Walterus Sigebodi filius. Gervays et Lantbertus frater ejus. Lantbertus Liduuigis filius. Beruuold de Iadbeka. Reingotus Scelve. Wlfricus Cnop. Ascricus de Ostkerka. Hiddo de Eggenuuerf. Wilfricus et Desdir de Maldengem. Froolfus castellanus de Bergen. Gislebertus. Symon castellanus de Inkers. Walterus de Lokre. Walterus scultetus de Curtraco. Sigerus de Hule. Bernardus de Rosbays. Winemarus castellanus de Gandavo. Thidric de Beverne. Dirman de Lockren. Goszuinus de Niuuekerka. Walterus de Nivela et Lantbertus frater ejus. Goszuinus de Vive. Willelmus de Vurslar. Godefridus de Lathem. Arnulfus de Windcke. Arnulfus de Ysengem. Albertus et Onulfus Hundingi. Rothulfus de Melne. Meinzo Laban. Walterus et Balduinus frater ejus de Somergem. Si quis hanc affirmationis cartam aliqua calliditate vel cupiditate illectus postmodum infringere temptaverit Dei omnipotentis iram et sancti Bavonis omniumque sanctorum incurrat offensam et ab honore deprivetur advocatiae.

1) D. i. Eenham.

Digitized by Google

CXXXXIV.

Rudolf, Erzbischof von Rheims, bestätigt die Rechte und Privilegien des Kirchenvogts von St. Bavo [1]). Vom Jahre 1123.

Rodulfus, Dei gratia Remorum archiepiscopus, Wlrico Gandensis monasterii venerabili abbati ejusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum. Dum aliquando in ecclesia Remensi, divina gratia praeveniente, generale celebraremus concilium, adiit praesentiam nostram praedictus abbas Gandensis, obnixe deposcens: quatinus privilegia, quae super advocatura ecclesiae gandensis, quam tenebat Daniel [2]), venerabilis Flandriae Comes Robertus ejusque successor, Karolus firmaverant, nos quoque auctoritate metropolitana confirmaremus. Cujus justae petitioni aurem benivolam accommodantes, memorata privilegia Comitum approbamus, et, ut ea Gandensis ecclesia inconcussa teneat in perpetuum, tenore praesentis paginae confirmamus et testibus idoneis, additamento etiam imaginis nostrae, ut inconvulsa permaneant, corroboramus. Signum Clarenbaudi, Silvanectensis episcopi. S. Roberti, Attrebatensis episcopi. Signum Lisiardi, Suessionensis episcopi. S. Bartholomei, Laudunensis episcopi. S. Petri, Belvacensis episcopi. S. Symonis, Noviomensis electi. S. Nicholai, Remensis archidiaconi. S. Frederici praepositi. S. Joffridi decani. S. Leonis cantoris. S. Roberti archidiaconi de Insula. S. Hugonis Pipardi. S. Johannis, Morinensis episcopi. Actum Remis, anno incarnati verbi, millesimo. C.XXIII, indictione XV. Regnante HLudovico Francorum Rege, anno XV. Archiepiscopatus autem domni Rodulfi anno XV. Fulcradus cancellarius recognovit, scripsit et subscripsit.

1) Das Original befindet sich im Provinzialarchive von Ostflandern zu Gent (gedruckt in *Serrure* Cartulaire de St. Bavon Nr. 23. p. 29.).

2) d. i. Daniel, Herr von Termonde.

Digitized by Google

CXXXXV.

Theodor vom Elsass, Graf von Flandern, entscheidet einen Rechtsstreit zwischen dem Abt und dem Kirchenvogt von St. Bavo, und bestätigt die Privilegien der Grafen Robert und Karls des Guten, seiner Vorfahren [4]). Im Jahre 1145.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego Theodericus per gratiam Dei Flandriarum comes, ad honorem Dei et sanctae Dei ecclesiae discordiam admodum longam inter abbates et advocatos ecclesiae sancti Bavonis in Gandavo, mediante, ut speramus, spiritu sancto, et jam consentientibus in unum et in veram pacem convenientibus, abbate et advocato praesentis temporis, videlicet Everdeio et Galtero de Thenremund in hunc modum terminavi. Idem abbas praedictae ecclesiae, quasdam cartas duorum comitum Flandriae Rotberti, avi mei et Caroli, nepotis mei, saepius mihi et curiae meae ostendit et relegit, in quibus omne jus advocati ab omni jure ecclesiae per eosdem comites distinctum separatumque fecit, et postremo, ut eaedem cartae nova carta meoque sigillo confirmarentur magnopere flagitavit. Itaque data die, in castro Brugensi praesente curia mea et ipso abbate et advocato, ex consilio baronum meorum per sacramentum fidei mihi judicatum est, quatenus praedictas cartas nova mea carta corroborarem et ecclesiae sancti Bavonis secundum tenorem harum cartarum omnem justiciae suae integritatem conservarem. Et si quid addendum foret ad removendam in perpetuum inter abbates et advocatos ejusdem ecclesiae omnem contentionem, hoc sane ipsis cartis superadderem. Hoc quod ut fieret, idem abbas et idem advocatus, qui jam in amiciciam convenerant, pari desiderio diligentissime postulabant. Igitur ut nulla inter eos in posterum remaneat discordia, tam praesentes quam futuros scire volo, quia una est sancti Bavonis abbatia, una est et advocatia, nec propter diversas parochias abbatiae, advocatus diversa debet habere jura, sed in singulis eadem, videlicet sicut in parochia de Christikerca, ita apud Evergem et apud Eckergem, id est in utroque latere abbatiae, tam in officio Ecgaberti quam in officio Gozwini, haecque conditio in tota abbatia et advocatia debet ubique inconvulsa teneri. Itaque cum una eademque sit justicia ad-

1) Das Original befindet sich im Provinzialarchive von Ostflandern zu Gent (gedruckt in *Serrure* Cartulaire de St. Bavon Nr. 32. p. 37.). Zu vergl. *de St. Genois* Monumens anciens p. 472.

Digitized by Google

vocati in tota abbatia secundum hanc legem et veritatem. Hac nova carta mea antiquas praedecessorum meorum confirmo cartas, in quibus praesentes et futuri advocati omnes suas recognoscant descriptas esse in tota abbatia justicias. Hoc etiam addimus memoria dignum, quod idem advocatus Galterus hanc cartam suo testimonio et praesentia commendavit manibusque suis eam sancto Bavoni super altare suum, pro salute sua et antecessorum suorum, obtulit, omnemque deinceps contra sanctum Bavonem injusticiam suam deposuit et defestucavit, et consilium atque auxilium amodo ecclesiae spopondit, pro qua ejus erga ecclesiam benivolentia XLIV marcas argenti et eaballum unum, ad gratiam ipsius optulit ei haec eadem sancti Bavonis ecclesia. Porro praesentes atque futuros scire volo, quod advocatus nullum deinceps hospitium, nullamque petitionem praeter unam de porcis in tota abbatia habebit. Nunc autem praedictorum comitum et cartarum eorum tenorem subscribimus et testibus illorum novos testes nostri temporis addimus.

(*Hier folgen die unter Nr.* CXLII. *und Nr.* CXLIII. *abgedruckten Diplome.*)

Nunc autem ego Theodericus, Flandriae comes, hujus compositionis et concordiae inter abbates ecclesiae sancti Bavonis et advocatos ejusdem ecclesiae praesentes testes adhibui: videlicet Rodgerum praepositum Brugensem, Ledbertum decanum Brugensem, Odgerum notarium, Galterum canonicum sancti Donati, Hakettum canonicum sancti Donati, Iwain de Gand, Radulfum castellanum Brugensem, Gisalbertum castellanum de Bergis, Galterum castellanum de sancto Audomaro, Rodgerum castellanum de Insula, Rodgerum castellanum de Curtraco, Anselmum de Ipra et Balduinum fratrem ejus, Goswinum de Odengem, Eustachium camerling, Heinricum de Broborg, Eustachium de Stenvorda. Actum est hoc Ipre, anno dominicae incarnationis, MCXLV, Eugenio papa existente Romae, Simone episcopo, Noviomis seu Tornaci, Ludovico, in Francia regnante, anno Theoderici comitis in Flandria, XVII.

Si quis hanc affirmationis cartam aliqua calliditate vel calliditate illectus postmodum infringere temptaverit, dei omnipotentis iram, et sancti Bavonis omniumque sanctorum incurrat offensam et ab honore privetur advocatie.

Digitized by Google

CXXXXVI.

Philipp vom Elsass, Graf von Flandern, erklärt sich als Kirchenvogt der Abtei Ninove [1]). Gegen das Jahr 1166.

Ego Philippus, dei gratia Flandriarum comes, notum esse volo tam futuris quam praesentibus, quod ego ecclesiae de Nineva advocatus et defensor sum et eam protegere debeo ab omnibus ei injuriam inferre volentibus. Si quis igitur adversus ecclesiam quicquam forisfacere praesumeret vel adversus pertinentia ad ecclesiam illam, sciat profecto quod hoc contra me ipsum faceret. Et si quis adversus eam vel adversus ea, quae ad ipsam spectant, quicquam dicere vel aliquid juris sui ostendere voluerit, ad curiam meam veniat et ego tanquam advocatus ecclesiae super hoc ei justiciam tenebo. Praefatam ecclesiam in mea suscepi advocatia et protectione coram his testibus: Teoderico de Alost. Eustachio camerario. Roberto Ariensi praeposito. Balduino Iprensi praeposito. Hugone abbate sancti Petri. Sigero de Someringem. Bernardo de Someringem. Waltero fratre ejus.

CXXXXVII.

Ueber die dem Grafen von Flandern in Cambrai zustehende Gavenne [2]). Vom Jahre 1192.

In nomine Domini. Balduinus Dei gratia Flandrensis et Haynoniensis comes, Namurcensis marchio, et Margareta uxor ejus, tam praesentibus, quam futuris, in perpetuum. Quanto praeradiat cujusquam altae generositatis titulus, quanto praeeminet magnum principatus dominium, tanto sui lux generis tenebrescit obscurius, tanto domini sublimitas humiliatur abjectius, si contra Dei reverentiam et fidem hominum scienter incederit perjurii reatum: gravitas enim delinquentis personae facit esse delictum gravioris culpae. Ea propter vestra noverit universitas, quod intuitu eleemosynae nobis collatum ad imitationem praedecessorum nostrorum felicis memoriae Theodorici et Philippi filii ejus Flandrensium comitum a majore ecclesia, B. Mariae Cameracensis, et aliis conventualibus ecclesiis, per earum villas in comitatu Came-

1) Das Original befindet sich im Provinzialarchive von Ostflandern zu Gent. Abbaye de Ninove.

2) Aus Martene et Durand Thesaurus Anecdotor. t. 1. p. 653–654.

Digitized by Google

racensi recepimus *gavallum*, et, tactis sanctis sanctorum pignoribus, publice juravimus: quod in ecclesiis dictis Deo servientes, et res eorum, si deprimantur injuste, pro posse nostro contra quoscumque conservabimus, et hoc beneficium, non ad alium, quam ad legitimum heredem Flandriae transferemus. Hoc cautela sane circumspectionis determinato, quod in terris episcopi cameracensis, et memoratarum dominicatis ecclesiarum, et earum foedis, non poterimus *gavallum* accipere; et si vel emtionis titulo, vel alio modo in alienum quodcumque dominium transeant terrae, quae prius solverunt, gavallum cum sua causa transferre debent et onere, et comiti Flandrensi gavallum solvere. Praestiti etiam reverentia sacramenti nulli domino praefati comitatus gavalli collectionem, et receptionem condonare, neminem inde possumus feodare. Si quae necessitas ingruerit in sanctorum villas, ad exercitium juris et dominii, non nisi vocati debemus intrare. Si enim per aliquos malefactores damnum, vel injuria ecclesiis, vel ecclesiasticis personis, vel rebus earum illata fuerit, et hoc auctoritate ipsarum ecclesiarum vel ministrorum, ac personarum earum officio et potestate sibi duntaxat ab ecclesiis concessa poterit emendari, ad nostrum non tenentur confugere patrocinium. Si vero per ipsas ecclesias, vel earum ministros damnum vel injuria, emendari non poterit, tunc demum contra suos malefactores ad nostrum debent patrocinium confugere, nec alterius postulare auxilium quam nostrum, nisi ecclesiasticae censurae dignitatem. In quibus si malefactores justitiaverimus, nos solo contenti *gavallo*, delicti poenam dominis, quorum est villa, vel villae integrae reservabimus, nec debemus contra dominorum jura malefactorum versutias fovere, si qui de suis hominibus ad nostrum voluerint patrocinium convolare. Haec est autem colligendi gavalli mensura et ordo. Caruca debet dare dimidium modium frumenti et dimidium avenae. Manu operator qui terram cultivam non habet, unum mencaldum frumenti, et unum avenae, ad mensuram cameracensem, Cameracique suum tenentur comportare gavallum. Quod si post quindecim dies non fuerit solutum a debitoribus, ecclesiarum auctoritate cogetur solvi cum poena delicti, cooperante nostra potestate. Hujus autem sacrae paginam pactionis, ut apud nostros successores perpetuum robur obtineat, et sanctum pietatis officium magis et magis apud eos invalescat, appensione sigillorum beatae Mariae cameracensis, et nostrorum, et sufficiente subscriptione testium duximus roborare. Signum domini Johannis cameracensis electi. S. Johannis praepositi, S. Nicolai archidiaconi. Signum Herberti sancti Auberti cameracensis abbatis. S. Herberti decani. S. Gaugerici. S. Henrici cantoris.

Digitized by Google

S. Walcheri scolastici. S. Fulconis, Stephani, Werenboldi presbyterorum. S. Helgoti, Ansculfi, Goberti levitarum. S. Hugonis, Vincentii, magistri Adae sublevitarum. S. Johannis de Melbodio, Brictii, Renelini, Drogonis-Rabodonis, Radulphi beati Gaugerici canonicorum, S. Gisleni castellani de *Belmons*, S. Reneri de *Wallers*, Polii de *Vellers*, Renardi de Estrepi, Wilhelmi de *Goumegnies*, hominum nostrorum, S. Johannis de *Marcoig*, Johannis Tassor cameracensium parium. Actum anno verbi incarnati MCXCII.

CXXXXVIII.

Ferrand von Portugal, Graf von Flandern, erklärt sich zum Kirchenvogt der Abtei St. Nicolaus des Prés bei Tournay [1]). Im Jahre 1212.

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Fernandus Dei gratia Flandrensis comes et Haynoniae, tam futuris quam praesentibus inspecturis. Quicumque principatum terrenae obtineret dignitatis ex potestate coelitus sibi concessa, debet unicuique sua jura servare, et maxime ecclesiarum, atque in eis Domino famulantium quietem et tranquillitatem providere. Non enim sine ea gladium portamus, cujus considerationis intuitu ecclesiam sancti Nicholai, sitam extra Tornacum in pratis, cujus dudum et antecessores meos Flandrensium Comites Theodoricum, Philippum et Balduinum bonae recordationis viros, tutores et advocatos fuisse cognovi, protectione suscepi. Decernens utique et mandans: ne quis eam undecumque calumnias nectendo, audeat infestare. Neve de hiis quae usque in hodiernum diem et deinceps quoque titulo rationabili duntaxat et justo possidet, aliquid usurpare praesumat. Quam ob rem in perpetua possessione confirmo eidem ecclesiae omnes terras, quas hactenus habuit vel postmodum habebit circumquaque Tornacum: terram maxime quam dedit Gualterus advocatus, terram apud Hubam locum, terram et decimam et hospites apud Landast, terram quam dedit Alardus de Spelchin, allodium et terram censualem apud Castrum; decem et octo raserias frumenti, apud Templeuve pro undecim bonariis terrae; duos modios frumenti apud Roshus pro quadam terra; possessiones de Bochagnies, in terris, in pratis, in nemoribus, apud Preveweis; undecim bonerios terrae, et quartarium et fossionem in turbaria, quantum usibus curiae de Bochegnies necesse

1) Im I. Cartulaire de Flandre. Nr. 52, im Departementalarchiv zu Lille.

Digitized by Google

fuerit, ad Balduinum de Prevewcis per manum Hugonis de Antonio, de cujus jure pendebat, etiam concessit; terram de Salraim et de Varis, tam cultam quam incultam, nemusque et prata ad curtem de Lembrecies pertinentia, terramque cum pratis et nemore apud Rostelen. Haec igitur et quaecumque alia vel ante hoc tempus vel in omne reliquum ad praefatam ecclesiam spectantia, in omni quo se meae dominationis potestas extendit loco, in mea custodia et protectione suscipio et per praesentem paginam, sigilli mei impressione signatam et ratam et .... praecipio et confirmo, sub eorum qui subscripti sunt aliorumque multorum praesentia et testimonio. S. Domini Joannis Abbatis de Palempin. S. Sigeri Castellani Gandensis. S. Michaëlis Constabularii. S. Michaëlis de Harnes..... S. Egidii de Aigremont. S. Rabodi de Rumna. S. Amalrici de Marchiennes. Datum anno Domini MCC duodecimo, apud Insulam, mense Junio, per manum Wilhelmi praepositi Brugensis, cancellarii mei.

CXXXXIX.

Vertrag zwischen dem Abt von St. Bavo und Gerhard von Rotselaer, wegen der Kirchenvogtei von Bouchout, dem Kloster St. Bavo gehörig [1]). Vom Jahre 1256.

Ego Gerardus de Rutslare, miles, notum facimus, tam praesentibus, quam futuris, quod viri religiosi, abbas et conventus sancti Bavonis Gandensis ex parte una, et Ego, ex altera, super discordia inter nos habita in villa de Bochout, quae est dictorum abbatis et conventus, cujus villae advocatiam a carissimo fratre meo, Arnoldo, dapifero Brabantiae, domino de Rutslare, teneo in feodum, concordati sumus sub hac forma: quod nuncius proclamabit generale placitum, quod dicitur Vochghedinghe, cui placito Ego vel meus certus nuncius debeo interesse. Si vero me, vel meum nuncium, abesse contigerit, vel alterum nostrum fore praesentem et placitum differre volentem, tunc nuncius dictorum abbatis et conventus poterit summonere scabinos et placitare, salvo jure meo, et judicium et justiciam cuilibet exhibere et defectum meum in omnibus supplere. Et si nuncius meus durante

1) Das Original befindet sich in dem Provinzialarchive von Ostflandern zu Gent. Abbaye St. Bavo.

Digitized by Google

adhuc placito, ipsa die placiti supervenerit, ulterius scabinos summonere poterit, et de omnibus emendis, sive de hiis (sic), qui contradicent, scabinis, sive quocumque alio modo emendae provenerit, habebunt dicti abbas et conventus duas partes emendarum et Ego terciam. In ipsa autem die placiti, finito placito, debent saepe dicti abbas et conventus michi cum sex equitaturis tantummodo in dicta villa ubicumque voluerint, in expensis Extionabilibus providere. Die autem sequente placitum, jejunus abibo, nec Ego, nec aliquis alius, ex parte mea, in toto anno in curtibus dictorum abbatis et conventus in advocatia mea sitis, comedere nec jacere debebo. Tria autem generalia placita tantummodo in dicta villa singulis annis debent observari. Insuper introitus et exitus emptionum et venditionum, quae vulgo dicuntur *coept* et relevia in morte de omnibus hospitibus dicti abbas et conventus totaliter habebunt, et de hiis investituras facient, et dona dabunt, nec in eis aliquid juris ego vel successores mei reclamare poterimus vel habere. Porro post tercium edictum de venditionibus terrarum seu bonorum in ecclesia de Bochout proclamatum, petet nuncius dictorum abbatis et conventus ad dictam ecclesiam, coram duobus scabinis, nuncium meum sive praesens sit ibidem, sive non, ut ad donum venditionis veniat et scabinos summoneat. Et si infra octo dies post petitionem hujus ad donum venditionis venire distulerit, sive venerit, et venditionem differre voluerit, nuncius ipsorum abbatis et conventus scabinos summonebit et dona dabit. Si vero nuncius meus in proclamationibus placitorum, venditionum terrarum, sive in aliis causis, negligens fuerit, vel remissus, debet nuncius ipsorum abbatis et conventus ad dictam ecclesiam, coram duobus scabinis, petere nuncium meum sive praesens ibi fuerit, sive non, ut proclamet cito, plavenditiones bonorum, pandationes faciat, et omnia alia, quae scabinis, videbuntur expedire. Et, si infra octo dies post hujus petitionem, nuncius meus praemissa non fecerit, nuncius ipsorum abbatis et conventus haec facere poterit et scabinos summonere et placitare, salvo jure meo, nec Ego, nec meus nuncius scabinos summonere, nec placitare, nec pandare, sine nuncio abbatis et conventus poterimus, nec debemus. Item, nec palefridum, nec canes, nec alia animalia, in dictis curtibus, ad commedendum vel nutriendum, mittere potero. Et de praedictis curtibus debent dicti abbas et conventus michi annuatim solvere marcham unam, hoc est viginti quatuor solidos Lovaniensium, et per haec teneor et permitto dictos abbatem et conventum et eorum hospites ac eorum bona omnia ab omni molestia et inquietudine in expensis meis propriis erga quoslibet defendere et in pace firma et stabili confirmare,

Digitized by Google

nec Ego, nec successores mei post me aliquid juris, ultra praemissa, a dictis abbate et conventu, vel in dictis curtibus exigere, aut reclamare poterimus, vel habere. Recognosco etiam, quod si qua alia ultra praemissa aliquibus temporibus in dictis curtibus Ego vel mei perceperimus, ea extorsimus et percepimus minus juste. Et haec omnia et singula praemissa, prout superius scripta sunt, Ego et Elyzabeth, uxor mea, fide et juramento a nobis corporaliter praestitis, promittimus contra praemissa nunquam venire, sed ea omnia et singula inviolabiliter observare. Ad haec Ego Anoldus, dapifer Brabanciae, et dominus de Rutslare praedictus, a quo dictus frater meus dictam advocaciam tenet in feodum, omnia et singula sicut superius sunt notata, ad preces dicti fratris mei et ejus uxoris praedictae, tanquam dominus ipsius feodi, laudo, approbo et confirmo, promittens bona fide, quod si praedictus frater meus, vel ejus successores ipsis abbati et conventui contra praemissa molestiam, vel injuriam aut gravamen aliquod inferrent, seu ipsos vel eorum hospites ac eorum bona non defenderent, aut in defendendo negligentes vel remissi existerent, Ego in praemissis omnibus et contra quoscumque defendam eosdem. In quorum omnium firmitatem et memoriam, Nos Arnoldus et Gerardus, praedicti, praesentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, mense Decembri.

CL.

Diplom über die Gavenne von Cambray [1]). Vom Jahre 1223.

Universis fidelibus qui paginam hanc videbunt. P. Praepositus, R. decanus, totumque quod cum eis est, Beatae Mariae Camerac. capitulum, cum omnibus capitulis ecclesiarum conventualium civitatis ejusdem, salutem aeternam in Christo. Cum ecclesia sancta Dei, sancto spiritu describente, dicatur terribilis ut castrorum acies ordinata constat absque dubio, hanc decenter descriptionem impleri cum aliquas ecclesias, quae locis aut professionibus diversae videntur, spe caritatis confid..... [2]) et ad ..... ut ..... plures ..... in unius miliciae aciem ordinatam procedant, ut

1) Das Original in den Titres de la Chambre des Comptes zu Lille, Coté C. Nr. 448. Zu vergl. de St. Genois a. a. O.

2) Die Punkte deuten die Unlesbarkeit dieser Worte an.

Digitized by Google

contra multiplices ..... aliquantis .... mutuis redduntur auxiliis fortiores uno scripto praesenti transfundimus in noticiam futurorum, quod cum dudum inter ecclesias Cameracenses ad mutuae dilectionis solacium invicem exhibens, quaedam valde laudabilis et honesta societas formata exstiterit et hactenus usu longo firmata, nos eam imposterum firmiorem manere volentes et posteros erudire qualiter sit servanda, ipsam fecimus diligenter conscribi, sicut in sequentibus continetur. Dicta quidem societas circa Gavalum quod Comiti Flandrensi solvi solet, saepius, imo principalius ex..... licet in aliis quibusdam articulis longo usu et consuetudine sit servata et ideo principaliter de gavalo eodem tractatu scire volumus universos, quod Comes Flandriae Cameracenses ecclesias a quibus recipit gavenalum contra quoscumque pro posse suo deffendere et gardere tenetur, sicut plenius scriptum, de gavalo confectum, testatur in quo quia expressum est, quod Comes ad imitationem praedecessorum suorum gavali ..... recipit et tenet, nos quomodo praedecessores hoc fecerunt successive et ad quae ..... gavali tenetur per sequencia declaramus. Dictus si quidem Comes et quicumque Flandriae haeres erit, cum venerit ad eumdem comitatum tenendum debet personaliter Cameracum venire et in Cameracensi ecclesia facere super sanctas reliquias manu propria juramentum de recipiendo et tenendo et ecclesiis in personis et rebus et hominibus defendendis, sicut praedecessores sui fecerunt. Et post praestitum juramentum debet scriptum olim factum de gavalo, renovari et ecclesiae tradere sub suo sigillo. Porro cum ballivum instituet ad recipiendum gavalum et ad ea facienda ex parte ipsius, quae ad gavalum pertinebant, idem ballivus super hoc faciet in animam ipsius Comitis in Cameracensi capitulo juramentum; prius tamen litteras ejusdem Comitis exibebit de praestando, ut dictum est, in ipsius animam et suam juramento. Debet etiam Comes idem habere duos proprios servientes cum equis, assidue Cameraci manentes, expeditos et strenuos et ad negotia dictarum paratos quociens opus erit, ita quod si dampna et injurias alicui ecclesiarum in personis aut rebus aut hominibus earum illatas per sanctum Policarpum aliquociens emendare, ad ipsum Comitem propter majus auxilium et vires recurrent. Si vero Comes dampnum aut injuriam alicui ecclesiarum illatam, post commonitionem ab ecclesiis sibi factam, distulerit aut noluerit emendare, ecclesia passa injuriam p..... justiciam suam faciet super Comitem ante dictum, secundum qualiter qualitas delicti requiret, sanctorum reliquias deponendo ad terram et aliam, ut videbitur, expedire justiciam exercendo. Aliae vero ecclesiae eamdem justiciam facient ad requisitionem ipsius

Digitized by Google

..... nisi congrua satisfactione debita, relaxabunt; gavalum autem con..... ab omnibus ecclesiis arrestari debebit, ita quod non submonebitur neque colligetur. Et si Comes dampna et injurias emendare distulerit quousque sit annus elapsus, quo gavalum solvi debet, requirere non poterit gavalum de illo anno, quo in defensione defecerit facienda propter quam gavalum eidem debetur. Sciendum praeterea quod quociens gavalum de communi ecclesiarum consilio fuerit arrestatum, non poterit, nisi de communi consilio liberari, nec aliqua ecclesiarum sive aliarum ecclesiarum consensu illud submonebit et solvet. Postquam vero ecclesiae passae injuriam, competenter fuerit satisfactum, de communi ecclesiarum consilio sententia relaxabitur et gavalum colligetur. Verum si praefati Comitis aut haeredis Flandriae exigente delicto, sanctorum reliquiae deponantur ad terram et satisfactione exhibita post modum debeant .....[1]), non per alium quam per ipsum Comitem ad satisfactiones se humiliter et personaliter offerentem levari debebunt, nisi ex causa evidenti voluerunt ecclesiae in hoc ipsi deferre, quod per aliquem de suis nobilioribus supplere hoc possit. Idem quoque omnino servatum est et servandum circa alios potentes et nobiles pro quorum speciali excessu sanctorum reliquiae deponuntur ad terram. Sciendum similiter quod pro restitutione dampnorum ecclesiis et earum hominibus illatorum non debet fidejussores aut vad.....[2]) Comes dare aut eamdem restitutionem super receptum et recipiendum gavalum assignare, imo eamdem suo proprio exhibere et postea[3]), si voluerit, a malefactore requirere dampna illa, quando tempus et locum videbitur opportunum. Porro super taxatione dampnorum ipsorum sufficere debet Comiti memorato simplex testimonium ecclesiae et etiam solius canonici in cujus ..... dampna erunt illata. Priùs tamen per hominum jurata, qui dampna pertulerunt, debet ecclesiae et canonico de dampnis eisdem constare, verum si ab aliquo potente et milite sive quolibet alio alicui ecclesiarum contumelia personalis aut dampnum in rebus et hominibus earumdem aliquociens inferatur, et hoc comes praedictus aut nequeat aut forte dissimulet vindicare, nichilhominus ecclesia passa injuriam, secundum quod qualitas et quantitas delicti requiret, in malefactore justiciam exercebit. Et aliae ecclesiae cum ab ea fuerint requisitae, eidem in consimili justicia facienda societatem tenebunt. Ne igitur de praemissis articulis aliqua in futu-

1) Vielleicht *levari.*
2) Vielleicht *vades* oder *vadimonia.*
3) Dem Sinne nach ist wohl zu lesen: *sed poterit* oder *et poterit.*

Digitized by Google

ram dubietas oriatur, sed praescripta societas, sicut bono intuitu a nostris praedecessoribus est statutum, de caetero firmiter observetur, continenciam praemissorum fecimus diligenter conscribi nostrisque sigillis ad perpetuum memoriale sigillari. Actum anno dominicae incarnationis MCC, vicesimo tertio.

CLI.

Fernand von Portugal und die Gräfin Johanna von Flandern erklären sich als Kirchenvögte der Abtei Ninove [1]). Im Jahre 1231.

In nomine patris et filii et spiritus sancti, Fernandus, Flandriae et Hainoniae Comes et Johanna uxor ejus, Flandriae et Hainoniae Comitissa, tam futuris quam praesentibus in perpetuum. Eo studiosius nos condecet ecclesiarum providere utilitatibus, quo manifestius elucet per temporalem ecclesiasticae pacis procurationem aeternam posse adipisci beatitudinem. Proinde exemplo praedecessorum nostrorum, qui Niniviensem abbatiam sua auctoritate roborarunt; Nos quoque simili modo in omnibus ipsam et res ejus auctorizare decrevimus, et eam liberam esse et ad nostram advocatiam jure hereditario pertinere profitemur; hoc ei statuentes decretum: ne deinceps ejus advocatia de manu Flandrensium Comitum, vel per donationem vel per feodum vel quolibet alio modo, valeat alienari. Quaecumque igitur bona saepedicta ecclesia legitime acquisivit et in praesentia possidet, scripti hujus patrocinio corroboramus et auctorizamus. Actum apud Maleam, anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo primo, mense Januarii.

CLII.

Diplom über die von dem Abte von Inden seinem Kirchenvogte Johann von Audenarde bewilligten Rechte [2]). Vom Jahre 1248.

Ego Albertus, Dei gratia Indensis abbas totusque ejusdem loci conventus, notum facimus universis, quod cum nobilis vir Johan-

1) Das Original befindet sich im Provinzialarchive von Ostflandern in Gent.

2) Im Cartulaire de Hainaut Nr. 1. Abtheil. 2. p. 385. Nr. 112. (im Reichsarchiv zu Brüssel).

Digitized by Google

nes, dictus dominus de Audenaerde, miles, ecclesiae nostrae, homo fidelis, confiteatur se in feodo a nobis tenere advocatiam septem villarum, et omnia, quae tenentur ratione advocatiarum in villis subscriptis, sive ipse dominus Johannes in manu sua teneat vel alii teneant ab ipso, quarum villarum ipse summus advocatus est, scilicet in Ronnacho [1]), Kayn, Horonbeke, Eleziele [2]), Brakle, Wodeke et in Aerinâ [3]). Item nemus quod dicitur S. Petri. Item censum, quondam quem recepit in Aerina, Wodeke, Eleziele, qui Planke et Pele vulgo nuncupantur. Item equum unum, quem habebit sub forma subscripta, videlicet, cum Abbas noviter electus primo ad partes Flandriae pervenerit, dictus dominus Johannes ipsi apud Aerinam occurret ac ipsum Ronaeum [4]) conducet, ibique feodum suum in equo recipiet et quum abbas de equo suo descendet stupam suam tenebit et equum recipiet, sella et froeno abbatis restitutis. Talis vero erit equus, qui talem personam deceat, ut abbas est Indensis, et equus praedictus erit albus; nos autem ad emendationem feodi sui, medietatem omnis warasceti [5]) in quo jus habemus ad praesens vel in posterum habere poterimus in parochia de Wodeke et Cayn, dicto domino Johanni de Audenaerde et suis haeredibus perpetuo jure haereditario concessimus possidendum. Ita quod cum parte sua faciant suam voluntatem, sicut homo fidelis de jure facere poterit et debebit, et ipse partem nostram nobis defendet contra quoscumque, ita quod nos cum parte nostra poterimus nostram libere facere voluntatem. Promisit etiam nobis praedictus Johannes, dictus dominus de Audenaerde, quod nos et bona ecclesiae nostrae et wareschetа in villis praedictis contra quoscumque defendat tamquam praedictarum villarum summus advocatus, et propter hoc ipsi medietatem praedictorum waraschetorum contulimus, salvo jure justitiae nostrae. In cujus rei testimonium et munimen praesens scriptum saepedicto Johanni, dicto domino de Audenaerde et suis heredibus contulimus, sigillorum nostrorum munimine roboratum. Datum et actum anno Dominicae incarnationis MCC, quadragesimo octavo, mense Julii.

---

1) Renaix.
2) Elzelle.
3) Aereno.
4) Renaix.
5) Ducange h. v. – S.

Digitized by Google

CLI.

Schiedsspruch zwischen dem Burggrafen von Gent und der Abtei St. Bavo wegen der Kirchenvogtei über diese Abtei [1]). Vom Jahre 1293.

Dit es tsegghen dat mijn here Jan Briseteeste, Woutre van den Hamme, Pieter de Meier, ende Hughe Corthals, vinders van den sticken, die waren tusschen de Borchgrave van Ghent ende der kerken van Zente Baves zeiden int iaer ons heeren, doe men screef M.CC. ende LXXXX ende III, up den zondach voer den ommegane te Doernike.

Dat heerste point es: dat de Borchgrave van Ghent es schuldech te hebbene den derden penninc van allen sticken die ghevallen of ghevallen moeghen inde voghedie, jeghen den abt van Zente Baves. Ende voert es schuldech te wesene de Borchgrave of dien, hi zet te allen ghedinghen ende te allen sticken dat ter wetteleecheden toebehoert ende te allen sticken ende te allen bedrive, dat valt tusschen den Abt ende den Borchgrave, inde voghedie, zonder biet buten te stekene up dat hire wesen wille. Ende al ware oec, dat zake datter de Borchgrave niet en ware no zijn serjant daer omme ne soude men niet laten, die ware in zabbets stede wet te doene, behouden 's borchgraven rechte.

Ende ware oec dat zake dat iemen die ter voghedien behoerde, hem beclaghede, dat hem wet ghebrake, dies heeft de borchgrave macht hem wet te doen hebbene, alse voghet van dien datter voghedien behoert.

Voert so es schuldech te hebbene de Borchgrave de vischerie van 's borchgraven brigghe toete Sleidinghen hulle, ende voert toete 's Roeden Kinder, ende el niet te diere stede.

Ende voert es schuldech de Borchgrave te hebbene de vischerie van 's borchgraven brigghe toeter langher brigghen ende theerschep binnen den baermen van der graecht toete III lib. ende datter onder es, ende de soverheinetheit ga al daer zoe schuldech es te gane.

Voert daer men schepenen maket daer es schuldech de Borchgrave of zijn serjant te wesene, ende te helpene nemen liede die ghoet zijn ende die nutteliic zijn daer toe: bi rade van schepenen van der stede; ende ware oec dat zake datter de Borchgrave niet en wilde zijn no zijn serjant, daer omme ne zoude de abt niet laten, of diere ware in zine stede hine zoude schepenen ma-

1) Das Original befindet sich im Provinzialarchiv von Ostflandern zu Gent, Abbaye St. Bavo.

Digitized by Google

ken ende ne gheenen schepene mach men maken het en zi up wettet liken dinghe dach.

Voert es schuldech de heere te hebbene de liede ter wareden alse hiis beghert.

Voert alsemen herevaert ghebiet van 's heeren halven van den lande, so esse schuldech te ghebiedene de scoutete, bi heetene van den baeliu, ende esse schuldech de baeliu te gheleedene toete zente Baves ende daer esse schuldech de Borchgrafe of ziin serjant te nemene ende voert te gheleedene. Ende also dese voerzeide sticken also verre voert also ter voghedien behoert.

Ende viele oec zettinghe, waert van hervaerde, waert van zettinghen, van so wat sticken dat ware, daer over ware schuldech te wesene de Borchgrave of zijn serjant. ende en wilde hiere oec niet wesen daer omme ne zoudemen niet laten voert te gane alse verre alse ter voghedien beboerde, bi rade van schepenen.

Ende om dat, dat dit vinderscheep vast blive, ende ghestade, zo hebbe wi, Jan Briseteeste, riddere, over ons ende over Hughen Corthalse, ic Woutre van den Hamme, over mi ende over Pieter den meier dese lettren gheseghelt met onsen zeglen. Dat was ghedaen int iaer doe men screef dat incarnatioen ons heeren, M.CC. ende LXXXX, up den zondach voer den Ommeganc van Doernike.

K.K. HOFBIBLIOTHEK WIEN

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google